GEOGRAPHI LATINI MINORES.

COLLEGIT,

RECENSUIT, PROLEGOMENIS INSTRUXIT

ALEXANDER RIESE.

HEILBRONNAE
APUD HENNINGEROS FRATRES
MDCCCLXXVIII.

MAXIMILIANO BONNET

VIRO DOCTISSIMO

AMICO SPECTATISSIMO

S.

PRAEFATIO.

Cum Anthologiam quae dicitur Latinam ex codice Salmasiano descriptam anno 1869 iterum cum codice conferrem, cosmographiam 'Iulii Caesaris' ex eodem libro exscripsi eiusque eam quidem recensionem nondum editam esse brevi animadverti. Quo invento ad studia geographica quae inde a pueritia adamaveram revocatus, post alia deinde opera perfecta consilium cepi illam Honorii cosmographiam cum omnibus eis quae ad Agrippae chorographiam spectant (quippe quae arto inter se vinculo conexa esse multorum hodie opinio est) coniunctam edere. His alia quaedam addidi, eo maxime consilio ductus ut dispersa adhuc dissipataque opuscula complecterer, omnia autem ea quae M. Pinder iam et G. Parthey summa cum diligentia ediderunt (Pomponium Melam dico, Itineraria, geographum Ravennatem cum Guidone, Dicuilem) omitterem. Omisi etiam notitias sedium episcoporum qui conciliis interfuerunt (quamvis utiles, ab hac tamen sylloga alienas), Romae descriptiones (quas Henricus Iordan editurus est) terraeque sanctae expositiones, Avieni Priscianique carmina in Graecorum potius geographorum collectionibus recipienda, Aethici denique Histri copiosissimam illam sed inutilem farraginem. Haec si exceperis, collectio mea similis est illi quam C. E. Glaeser olim sibi proposuit nec vero perfecit, cf. musei Rhenani novi vol. II p. 159. Alios quoque similia animo volvisse accepimus quorum primum novi Conradum Peutinger, quem constat in mente habuisse geographos latinos edere. Provinciarum laterculos quos brevi ante Otto Seeck suae Notitiae dignitatum editioni adiecit, non putavi omittendos. Christianorum quoque cosmographiae primitias quod in extremo libro apposui, multis non ingratum me fecisse spero.

Uncis inclusi, quae in optimis libris extantia equidem delenda puto: obliquis litteris distinxi quae verbis eis quae in codicibus optimis tradita sunt, adicienda videntur. Mira quadam inconstantia litteram m vocali appositam typotheta modo recte lineola ut solent, modo linea

ita flexa ˜˜, modo ipsam litteram ponens expressit: cuius rei, quam prohibere non potui, veniam peto.

Quod gratissimum mihi est, ad finem praefationis seposui, ut laudem viros doctos qui officiosissime meam operam adiuverunt. Inter quos quam indefesso studio MAXIMILIANVS BONNET libros Parisinos meum in usum excusserit, unaquaeque paene pagina ostendet. Collationes suas codicum Orosii CAROLVS ZANGEMEISTER liberalissime mecum communicavit. Cosmographiae quam Aethici dicunt codicem Vindobonensem aliaque HENR. SEDLMAYER Vindobonensis W. Hartelio intercedente summa cum accuratione contulit. De Dimensurationis codice Monacensi me edocuit FRID. OHLENSCHLAGER. Provinciarum laterculum Veronensem retractavit AVGVSTVS LVCHS. Gratias his omnibus, gratias quam maximas ago.

Dabam Francofurti ad Moenum
mense Decembri anni MDCCCLXXVII.

PROLEGOMENA.

I.

De cosmographiis imperatorum Romanorum aetate latino sermone conscriptis disserere cum nobis propositum sit, incipiamus oportet ab orbe illo terrarum qui M. Vipsani Agrippae Augusti amici cura in porticu Pollae depictus est. Agrippa enim, ut ait Plinius III 17 'cum orbem terrarum orbi [Romam enim orbis terrarum quasi convenire solebat] spectandum propositurus esset', Augustus 'conplexam eum porticum ex destinatione et commentariis M. Agrippae a sorore eius inchoatam perfecit.' Ea autem porticus demum postquam Agrippa anno 742/12 mortuus est incepta, anno 747/7 nondum perfecta erat (cf. Dio 55, 8): perfectam esse Carolus Muellenhoff[1]) p. 185 dicit anno 768/15 p. Chr., siquidem eo anno Strabo ea scripsit quae libro II p. 120 leguntur (frg. c).

Quaeritur autem num praeter tabulam pictam publice exhibitam etiam *commentariorum* librum librosve Agrippa vel conscripserit vel conscribendos curaverit. Quod plerique hodie suo iure affirmant; atque ita quidem nonnulli, ut vel hoc se enucleasse putent, a qua terrarum parte Agrippa scribendi initium fecerit, quam partem Indiam fuisse dicit Muellenhoff l. c. p. 186 et Iosephus Partsch[2]) p. 19, Hispaniam autem E. Schweder[3]) p. 40. Negant Agrippae librum extitisse F. Philippi et D. Detlefsen locis infra laudandis. Quare nos quid e testimoniis effici possit quaeramus. Cum enim 'ex destinatione' nihil aliud significet nisi Agrippam indicasse qua ratione tabulam confici vellet, etiam 'ex com-

---

1) Muellenhoff, über die römische Weltkarte; Hermae vol. IX (1875) p. 182—195.

2) Ios. Partsch, die Darstellung Europas in dem geographischen Werke des Agrippa. Vratislaviae 1875.

3) E. Schweder, Beiträge zur Kritik der Chorographie des Augustus. Erster Theil. Kiliae 1876.

mentariis' non solum de libro aliquo sed fortasse de testamento Agrippae intellegi potest, quo Pollae sorori porticus aedificandae munus iniunxerit, quod postea Augustus in se suscepit. Hinc igitur nihil certi efficitur. Videamus autem, quidnam Agrippae opus sive tabula continuerit, cuius fragmenta plurima Plinius servavit, nonnulla Strabo ex χωρογράφῳ, Agrippae nomine non indicato. Quae tamen ad Agrippam pertinere contra Forbigerum [1]) et Philippium [2]) cum Heerenio et plerisque recentium mihi persuasum est. Auctorem enim Romanum esse mensurae μιλίοις, non σταδίοις expressae (cf. p. 8) confirmant (quam C. Muelleri sententiam Partsch p. 59 sq. frustra conatur refellere, cum si quid Graeci auctores, Polybium dico et Artemidorum [Partsch p. 60], μιλίοις dederint, tunc tantum id fecerint cum miliaria lapidum Romanorum describerent, id quod in haec fragmenta [5, 6, 9] non quadrat); esse Romanum non de trivio aliquem sed praeclarum scriptorem articulus arguit ὁ χωρογράφος, ἡ χωρογραφία. Quem tamen Strabo non nisi in Italia proximisque illi regionibus adhibuit, aut quod ibi tantum Romanum certissimum ducem esse suo iure arbitraretur (Partsch p. 60) aut quod ea tantum Romani operis pars in Graecum sermonem translata esset ab eoque adhiberi posset. Quae translatio Agrippae nomen non habuisse sed anonyma fuisse videtur. Verum ad ipsius Agrippae opus redeamus. Inerat ei totus orbis terrarum 'qua cognitum est' (frg. 30. 37) in quasdam provincias divisus, fines earum et insularum secundum quattuor caeli partes descripti, mensurae eorum in longitudinem et latitudinem dimensae, intervalla locorum atque insularum inter se et a proximis terris milibus passuum descripta; notulae denique paucae variae (cf. frg. 2, 31, 25). Num provincias accuratius descripserit, ignoramus: itinerum mensuras eum addidisse dico cum propter maritima intervalla ab eo enarrata (fg. 6, 9, 15 all.) tum propter fg. 8 et 12 eaque quae p. 8 attuli. Itinerarii igitur instar mihi sicut Partschio videtur fuisse, Agrippaque, qui et ipse vias faciendas curavit (Strabo IV 208), opus suum eo consilio instituisse, ut et gloriae populi Romani terrarum domini inter tot milia hominum Romam confluentium inserviret et cognitionem terrarum apud plerosque promoveret, neque non ut itinera suscipientibus utilitati esset.[3]) Quae cum ita sint, quomodo omnes hi

---

1) A. Forbiger, Handbuch der alten Geographie I p. 310. cf. Strabo, germanice vertit Groskurd p. XLI.

2) Fr. Philippi, De tabula Peutingeriana. Diss. inaug. Bonnae 1876.

3) Nimium dicit Partsch p. 2, cum etiam coloniarum, municipiorum reliquarumque urbium indices Plinianos ad Agrippam redire certissimum esse affirmat: cf. infra contrariam Detlefseni sententiam.

numeri in tabula perspicue describi potuerunt? Potuerunt, fateor, in intervallis proximorum inter se locorum indicandis, si tabula longa et extensa, sed exigua altitudine fuit, sicut in tabula Peutingeriana factum est [1]); non potuerunt in totis provinciis dimensurandis, siquidem singula multa suis locis in provinciis picta erant. Totam autem quaestionem Plinii verba supra allata accurate expensa profligant. Agrippa enim singulas mensuras descripsit non cum orbem terrarum proponeret, sed cum eum 'propositurus esset.' Tabula diu post eius mortem confecta est: mensuras vero aliaque tamquam ab ipso Agrippa prolata, qui ea 'prodit' vel 'prodidit' vel 'tradit' vel 'credit' vel 'existimavit' eorumve 'auctor est', Plinius laudat. Apparet, Plinium fragmentum tertium sumpsisse ex illis quae Agrippa tum iam conscripserat cum orbem pictum modo 'propositurus esset': quem ne ipse proponeret, mors praematura impedivit. At si quis mihi obiciet, Plinium omnia ex tabula picta sumpsisse, in Agrippae autem libro tabulae fonte haec 'prodita esse' Plinium coniectura tantum debili sibi finxisse: accedit res a nullo adhuc quod sciam memorata, sed memoratu dignissima, quod Plinius ubi semel tabulam ipsam laudat, non 'Agrippam' affert sed verbis prorsus aliis id facit: '*Vipsania porticus habet*' (frg. b); 'error numeri' autem, quem frg. 36 carpit, eodem iure ad librum quo ad tabulam referri poterit.

Itaque librum quoque ab Agrippa scriptum esse credimus, quo tabulam quam fieri voluit enarravit quaeque in ea indicari non poterant addidit. [2]) Quem librum Carolus Mannert [3]) eumque secuti Frand-

---

1) Sic etiam in tabula Augustoduni in porticu '*instruendae pueritiae causa*' picta factum erat, de qua Eumenius or. pro restaurandis scholis c. 20: '*omnium cum nominibus suis locorum situs spatia intervalla descripta sunt, quidquid ubique fluminum oritur vel conditur, quacunque se litorum sinus flectunt, quo vel ambitu cingit orbem vel impetu irrumpit oceanus.*' '*Nunc demum iuvat orbem spectare depictum, cum in illo nihil videmus alienum.*' Intervalla dicit locorum inter se vicinorum. — Fluminum mensuras in tabula non fuisse indicatas etiam Mommsen dicit l. infra l. p. 103. — Alia posterioris aevi tabula erat '*pinax Dionysii breviter comprehensus*,' in quo ut Cassiodorius monachis suis scripsit loco infra laudando, '*quod auribus in supra dicto libro percipitis, paene oculis intuentibus videre possitis.*'

2) Ad hunc librum etiam pertinere puto quae ex *χωρογράφῳ* Strabo attulit; aliter autem res se habet, ubi *ὁ χωρογραφικὸς πίναξ* a Strabone laudatur, cf. frg. c p. 1. Quem locum nunc nescio an perperam receperim; quodsi ad Agrippae opus vere pertinet, argumento esse possit, Strabonem posterioribus quoque vitae annis Romam vidisse.

3) Tabula Peutingeriana ed. C. Mannert, Lipsiae 1824, p. 8 sq. Nititur locis Vegetii III 6 et Suetonii Domit. 10 perperam intellectis; nam ille nil dicit nisi ducibus militum itinerarias tabulas esse adhibendas, hic non ta-

sen et Ritschl [1]) p. 517 in tabulario imperii absconditum esse putabant. Sed perperam illud; neque commemorarem opinionem nulli hodie acceptam, nisi transitum praeberet facilem ad aliam sententiam a Ritschelio propositam multisque postea probatam, qua Agrippae operam cum A u g u s t i d i m e n s i o n e aliqua t e r r a e quam putant coniunctam fuisse arbitrantur. Qua in re vix dici potest quanta coniectandi libidine nonnulli grassati sint, quantopere certa via ac ratione indagandi spreta, probanda pro iam probatis adhibentes, maxima quasi aedificia levissimo fundamento superstruxerint. Equidem cum brevitati studeam rem ipsam enarrabo neque singulos errores (qui maximi omnium sunt apud Petersenum [2])) impugnabo; res ipsa pro se loquatur.

Augustus censum populi ter egit, annis 726/28, 746/8, 767/14 p. Chr. (Suetonius 27; monum. Ancyranum). Idem cum anno 759/6 p. Chr. Iudaeae partem imperio Syriaeque provinciae addidisset, ibi quoque per Quirinum censum instituit (Iosephus ant. 17 fin. — 18, 2). Hunc censum per Quirinum habitum Lucas evangelista 2, 1—2 commemorat (cuius loci temporum ratio quam difficilis sit ad expediendum notum est omnibus) primumque omnium fuisse dicit: recte ille, si de Iudaea intellegimus; sed dicit *πᾶσαν τὴν οἰκουμένην* hoc censu primum recensitam esse. Quem tamen errorem homini fortasse Iudaeo, certe rerum imperii incurioso facile condonabimus. Ceterum e Luca sua sumpsit Suidas s. v. *ἀπογραφή* (qui illud unum nescio unde, sed puto ex traditione aliqua ecclesiastica, addidit, a viginti viris eum censum esse habitum) [3]). Census illi bonorum erant, ad tributa vectigaliaque singulorum civium, quorum etiam numerus tum computabatur, expendenda instituti. Neque Augusti 'breviarium totius imperii,' quod Suetonius c. 101 describit, quodque Plinium libris III et IV adhibuisse index

---

bulam ipsam quam suspiciosum tabulae usum cum aliis rebus Pompusiano exitio fuisse narrat.

1) Fr. Ritschl, Die Vermessung des römischen Reichs unter Augustus, die Weltkarte des Agrippa und die Cosmographie des sogenannten Aethicus (Iulius Honorius): mus. rhen. I (1842) p. 481—523.

2) Chr. Petersen, Die Kosmographie des Kaisers Augustus und die Commentarien des Agrippa: mus. rhen. VIII (1853) p. 161—210; 377—403. IX (1854) p. 85—106; 422—442. Recte Partschius cosmographiam qualem ille sibi finxit animo 'ein statistisch-geodätisches monstrewerk' appellat.

3) Ducentos dixit Felix Malleolus, v. infra. Non debuerunt huc trahi quae dicit Isidorus or. V 36, 4 '*Aera singulorum annorum est constituta a Caesare Augusto*, *quando primum censum exegit ac Romanum orbem descripsit.*' Hic enim, nisi fallor, de primo censu inter tres illos totius imperii a Suetonio commemoratos cogitandum est.

auctorum eius docere videtur, alias habuit rationes nisi ad imperii fiscique usum spectantes. Italiae denique regionum descriptio ad Augustum a Plinio III 46 sqq. relata nullo modo ad geographiam sed tantummodo ad edictum aliquod imperii bene administrandi causa constitutum spectat, neque vero cum Agrippa sive *χωρογράφῳ* consentit, qua de re in ima p. 8 dicam. Nihil, inquam, consentiuntque fere Muellenhoff p. 184 et F. Philippi p. 30, nihil omnino traditum est, quod eo nos trahat ut credamus Augustum vel cognoscendi studio adductum vel civium commodis prospicientem geographicas res vel in censibus illis vel alio ullo tempore curasse.[1]) Quod autem Divisio orbis 1 (vide p. 15) '*divum Augustum*' chorographiae auctorem facit, id quidem nihili puto, cum tantummodo ex Plinii III 17 (conl. III 3) verbis male intellectis originem ducat. Verum, inquies, nonne dicit Isidorus V 36, 4 '*Augustus Romanum orbem descripsit?*' Audio. Sed conferas illud Isidori cum 'Cosmographia Iulii Caesaris' qualem p. 21 sqq. exhibui. Sane narratio quae ibi extat de quattuor mensoribus Caesaris Augustique aetate terram dimetientibus admodum memorabilis est. Continet enim et quod recens fabulosumque videatur: partitionem operis dico per quattuor mundi partes effectam (nec tamen ideo cum Muellenhoffio p. 183 mera fabula putanda est, cf. infra p. XXIV adn.), — sed et quae genuinae et tamquam ex actis imperii (quae etiam Ritschelii sententia est p. 505), petitae narrationis speciem prae se ferant: consulatus dico et temporum in mensione consumptorum accuratissimam computationem: qua de re dicam postea. Sed quamquam de hac narratione hoc quidem loco quidquam discernere nolo: illud quidem certum duco, ad rationes geographicas quales sunt provinciarum descriptiones itinerumque mensurationes, eam non pertinere. Quomodo enim, cum miliaria iamdiu ubique constituta essent, nisi forte foedissimae segnitiei dediti erant, viginti vel triginta annos in his rebus mensores consumere potuerunt? Contra si eo consilio mensores (cf. Herm. IX 186) missi erant (id quod verum puto) ut oppidorum agrorumque limites iuraque omnium cognoscerent et exsecuterent quaeque inde tributa exigi possent exquirerent, si indices possessionum singularum (qui 'kataster' nobis vocantur) conficere iussi non geographiae sed aerarii commodis studebant: tam longum tempus operi eorum profecto tribuendum erit. Ex eorum igitur operibus deprompta esse pos-

---

1) Dionysium quoque Characenum, quem ituro in Armeniam maiori filio 'ad commentanda omnia' praemisit (Plin. VI 141), utilitati Tiberii, non litteris prospicere iussum esse nemo negabit.

sunt quae in Gromaticis ed. Lachmanni 1) I p. 239 leguntur: *huic addendas mensuras limitum et terminorum ex libris Augusti et Neronis Caesarum sed et Balbi mensoris, qui temporibus Augusti 2) omnium provinciarum et formas civitatum et mensuras compertas in commentariis contulit et legem agrariam per diversitates provinciarum distinxit ac declaravit.* — Itaque ne quattuor mensorum quidem artibus Augusti viri πρακτικωτάτου studia geographica comprobantur, neque Augusti nomen cum nomine Agrippae sive in tabula picta sive in eius commentariis ullo modo coniungendum est, nisi quod Augustus post Pollam sororem Agrippae testamentum exsequendum curavit, cf. Plin. III 17. Multus est ea in re virorum doctorum error, qui, quamquam ipse Plinius ita discernit ut inter libri tertii quartique auctores et Agrippam et Augustum nominatos videamus, 'Augusti descriptionem terrae' nescio quam vel 'Augusti chorographiam' pro Agrippae opere promiscue nulloque discrimine adhibitam dixerunt. 3) Sed rectissime nuper D. Detlefsen in Commentationibus philologis in Th. Mommseni honorem editis p. 23 sqq. Pliniana ea quae ex Augusto (ex imperii breviario ut et ipse putat) ab eis quae ex Agrippa fluxerunt secerni posse Hispaniae exemplo monstravit et (quo cautiores simus) etiam ex Varrone Plinium geographica permulta sumpsisse docuit, quae Muellenhoff Agrippae vindicaverat.

Quibus fontibus Agrippa usus sit, videamus. Iam ante cum tabulas geographicas ad Graeca exempla Romae extitisse Varronis Propertii Vitruvii locis edocemur. Varro, qui et ipse geographica edidit, in rerum rusticarum libro I 2, 1 quem iam anno 717/37 scripsit, *in pariete pictam Italiam* commemorat, et quidem in pariete 'aedis Telluris.' Propertius autem V 3, 37 quem librum non post annum 738/16 scriptum esse viri docti censent, hunc notissimum (sed a scholastica geographiae tractatione quam nonnulli ibi designari arbitrantur alienissimum)

---

1) Partsch p. 77 nullam omnino eorum operae mentionem libris gromaticis inesse dicit.

2) Fortasse scribendum '*Traiani Augusti*': eius enim temporibus Balbus gromaticus scripsit, cf. Muellenhoff p. 184.

3) Ita etiam Th. Mommsen 'über die Unteritalien betreffenden Abschnitte der ravennatischen Kosmographie' in nuntiis societ. litt. Saxon. III (1851) p. 80—117. cf. p. 101, 103. — Novissime Partsch Agrippa mortuo commentarios eius ab Augusto Chorographiae titulo inscriptos editos esse putat, ex eisque Plinium sumpsisse quae de Italia III 46 sqq. ex 'divo Augusto' profert, p. 36 dicit. Cur igitur quaeso reliqua non itidem ex Augusto, sed ex Agrippa Plinius profert?

versum habet: *cogor et e tabula pictos ediscere mundos.* Inprimis autem Vitruvius qui opus suum circiter annum 740/14 composuit, tabularum non mentionem tantum inicit sed accurate eas describit VIII 2, 6 sq.; cuius verba hic afferre e re videtur esse. Scripsit enim: *haec autem sic fieri testimonio possunt esse capita fluminum, quae orbe terrarum chorographiis picta itemque scripta plurima maximaque inveniuntur egressa ab septentrione. Primumque in India Ganges et Indus ab Caucaso monte oriuntur; Syria Tigris et Euphrates; Asiae item Ponto Borysthenes Hypanis Tanais; Colchis Phasis; Gallia Rhodanus; Celtica Rhenus; citra Alpes Timavus et Padus; Italia Tiberis; Maurusia, quam nostri Mauretaniam appellant, ex monte Atlante Dyris, qui ortus ex septentrionali regione progreditur per occidentem ad lacum Heptagonum et mutato nomine dicitur † agger, deinde ex lacu Heptabolo sub montes desertos subterfluens per meridiana loca manat et influit in paludem quae appellatur . . . . .; circumcingit Meroen, quod est Aethiopum meridianorum regnum; ab hisque paludibus se circumagens per flumina Astasobam et Astaboam et alia plura pervenit per montes ad catarrhactam ab eoque se praecipitans per septentrionale pervenit inter Elephantida et Syenen Thebaicosque in Aegyptum campos et ibi Nilus appellatur. Ex Mauretania autem caput Nili profluere ex eo maxime cognoscitur, quod* sqq. *Ergo cum omnia flumina magnitudinibus in orbis terrarum descriptionibus ab septentrione videantur profluere . . . .* — Hic quoque iam ante Agrippae orbem pictum vides tabulam orbis terrarum describi. Sed haec opera perierunt omnia. Agrippam Muellenhoff et antea [2]) et Herm. IX 192 aliique putant Eratosthenem praeter ceteros secutum esse. Mensurae autem ex utroque servatae, si unius fragmenti 29 partem exceperis, nequaquam satis conspirant. [3]) Alii, ut Fr. Philippi p. 38, posteriorem aliquem 'Graeculorum ex numero' geographum Agrippam potissimum sequi dixerunt. Sed ne id quidem idoneis exemplis conprobatum est. Rectam viam, cum de

1) cf. p. 38, 4 B huius editionis.

2) Ueber die Weltkarte und Chorographie des Kaisers Augustus. Kiliae 1856. p. 46 sq.

3) Etiam totius orbis dimensuratio, quam Muellenhoff Herm. IX 193 ut Eratostheni Agrippaeque communem demonstrare conatur, artificiosior est quam quae arrideat. Neque erroribus vacat. Ut exemplum afferam: Syriae et Mesopotamiae ab oriente ad occidentem mensuras non 175 et 800, sed 470 et 360 milia passuum dicere debuit; id quod de Syria ex Dimens. c. 4 elucet, de Mesopotamia ex comparatione Mediae Agr. fr. 33. A Byzantio ad os Histri 612 milia dicit, quae sunt 560 (Agr. 14.).

Romanae gravitatis summaeque in ea republica quam describere vellet auctoritatis viro sermo sit, Partschius iniit, qui Agrippam astronomicae Alexandrinorum rationis non satis gnarum atque illis, qui non raro inter se dissentirent, diffidentem itineraria potius consuluisse, quae iam Polybii aetate Romanis in usu erant, ex illorumque et hic illic ex nautarum mensuris longitudines et latitudines composuisse dixit. Sane Partschio laudi tribuendum est, quod magna cum diligentia ex itinerario quod dicitur Antonini et undecunque poterat numeros computavit et haec quidem certis argumentis probavit: Baeticae mensuram (cf. Agrippae fg. 3) 473 (477?) et 256 milibus ex longo latoque constare non dimensis rectis lineis sed itinerum ambagibus; itidem Hispaniae citerioris longitudinem (cf. Dim. 22) 530, Lusitaniae mensuram (cf. Agr. 24. Dim. 23) 584 et 539, Galliae Comatae (cf. Agr. 23) $919^1/_2$ et $418^1/_2$, Narbonensis Galliae (Agr. 4. Dim. 21) 378 et 248, Italiae septentrionalis (Dim. 15) latitudinem 331, Hadriatici maris ambitum (cf. Agr. 13) 1699, oram omnem ab Arsia ad Varum extensam (prorsus ut Plin. III 44) 2049 milibus [1]), sinum Tarentinum (Agr. 11) 243, Brundisii a Gargano intervallum (Agr. 12) 165 milibus, Sardiniae septentrionalem oram (Agr. 5) 93, orientalem (Dim. 17) 232, Siciliae a Lilybaeo ad Pachynum (Dim. 13) 186, inde ad Pelorum (Oros. 52) 159, inde ad Lilybaeum (Agr. 8) 235, maritimum eiusdem insulae circuitum (Agr. 7) 618 milibus, Dyrrhachii a Byzantio distantiam (Dim. 11) 720 [2]), Phasidis a Chalcedone intervallum (Agr. 29) ex Strabone 1000 milibus (omnino Agrippae de Ponto Euxino locos primus recte intellexit) secundum itineraria computanda esse, qui numeri ad unum omnes cum Agrippa (sive cum Dimensuratione) vel prorsus conspirant vel ita tantummodo leviter discrepant ut ex eodem fonte eos emanasse appareat Omnia autem sua Agrippa ex itinerariis sumere non poterat, utpote qui regionum etiam Romanis non subditarum mensuras enarret. Quare eum praecipue ex itinerariis, quae autem ibi invenire non poterat, ex optimis quibusque priorum libris utut ei consentaneum videbatur hausisse censeo. Num vero Itineraria (quae tum iam extitisse existimandum est) in unum coniunxerit, numque primus ea publici iuris fecerit, de ea re nihil constat. Quid quod ne id quidem certum est, cum itineraria

1) Italiae longitudinem milibus 1016 secundum Itineraria, 1020 sec. Plin. III 43 quem ex Agrippa derivat, latitudinem 765 secundum Itineraria, 745 sec. Plin. III 132 oomputandum comparat.

2) Hoc tamen loco res dubia esse mihi videtur, cum Macedonia illa 'ab occidente desertis Dardaniae' circumscripta Dyrrhachium fortasse non continuerit.

illa quibus fundamento metiendi utebatur, etiam in opus suum recepisse? Sane nihil est quod in eam sententiam nos inclinare cogat, atque etiam Partsch qui sobrio plerumque iudicio utitur, neque cum hanc probaret neque cum p. 2 oppida apud Plinium enumerata vel p. 11 ea quae in tabula Peutingeriana de gentibus et de rebus naturalibus enotata sunt Agrippae tribueret, satis sibi temperavit. Iam vero si consideramus, provinciarum longitudine et latitudine ex itineribus aestimata imaginem formae earum falsissimam effici, cum itinera non ad amussim sed per varias ambages efficiantur, et porro si concedimus, eam rem Agrippae pro eius prudentia, ut par est, non ignotam fuisse, sequitur eum non tam in veritatem quam in utilitatem operis sui respexisse; quam utilitatem assequi etiam poterat, si orbis eius pictus non magis quam Peutingerianus verum regionum situm ob oculos posuit. Huius rei ratio habenda est, si quanta operis praestantia fuerit recte existimare volumus. Sane Muellenhoff IX 185 sq. parvi pretii fuisse dicit tabulam sola magnitudine et pulchritudine distinctam. Cuius quidem iudicii quas causas attulit, eas ex parte iam Partsch bene diremit;[1] neque ea re confirmatur, quod Agrippam Himeram urbem Himeramque fluvium fg. 8 confudisse dicit: is enim non est error Agrippae ipsius, qui fabulam de Himera fluvio Siciliam mediam in duas partes dividente, a Stesichoro qui ipse Himeraeus erat narratam (cf. p. 149, 2) totique antiquitati creditam[2]) ipse quoque credidit. Neque 'errorem numeri' Plinius frg. 36 (si in libro eius) in ipso Agrippa, sed in librariis eius reprehendere videtur. Contra idem III 17 *Agrippam errasse quis credat?* exclamat, *tantamque viri diligentiam* laudibus effert. Non esse videtur cur Agrippae operam despiciamus; attamen id quoque, ne nimis eam magni vel in libro vel in itinerario picto aestimemus, cavendum est; sed illam qua apud posteros floruit auctoritatem ad ipsius potius Agrippae dignitatem referamus atque ad insignem locum, quem in frequentissima Romae regione tabula obtinuit pulcherrime picta[3]), grata aspectu, facilis intellectu, utilis cognitu.

---

1) Partsch p. 74 ex Agr. 20 et Dim. 9 hoc quoque Agrippae laudi tribuit, eum primum atque unum antiquorum fuisse qui rationem illam sensu carentem, qua Tanais Europam ab Asia dividit, sustulisset.

2) cf. Vitruvius VIII 3, 7. Mela II 7. Ptolemaeus III 4, 3 et 7. cf. etiam Partsch p. 54.

3) Longam fuisse Mannert coniecit p. 6, quod ut Ritschelio p. 515 etiam mihi veri simillimum et in porticu ad usum accomodatissimum videtur, non ita tamen ut ad instar tabulae Peutingerianae in longum distractam fuisse putem; oblongam rotunditatem, vocabulum *orbis* premens, Muellenhoff p. 191 ei tribuit, rotundam dicit Mommsen nunt. societ. litt. Saxon. 1851 p. 102.

Quae auctoritas etsi non parva est, cavendum tamen, ut dixi, ne putemus iusto maiorem. Quod tamen ut facerent viri docti plerique olim in se admiserunt.[1] Sane geographi antiqui multa unusquisque ex prioribus scriptoribus hauserunt, sed multum aberat ut unum aliquem, nullius alius ratione habita, ad verbum describerent.[2] Itaque cum in Dimensuratione et in Divisione et apud Orosium loci inveniantur qui ultima ex origine ad Agrippam redeunt, noli inde cum Schwedero p. 42 efficere, totos hos libellos, neque cum Partschio p. 8, totam Dimensurationem ex Agrippa haustos esse. Quid quod ne Solinus quidem omnia sua ex Plinio hausit? '*Veterum monimenta secuti in melius* [vel in peius!] *reparamus opus*', vide v. 10 p. 20. Iulius autem Honorius (id quod primus Carolus Pertz, De cosmographia Ethici p. 18, agnovit) omnino ab Agrippa alienus est; quem falsa ratione adducti, cum narrationem de quattuor mensoribus, in altera tantum Honorii recensione B et inde apud Aethicum qui dicitur extantem, cum Honorio ab origine cohaerere putarent (quae tamen ne ipsa quidem ad Agrippam pertinet), viri docti non ab Honorio cuius recensio B nondum in lucem edita erat, sed perperam a personato Aethico proficiscentes cum Agrippae orbe picto vinculo quodam coniunxerunt. Sed mordicus tenendum est, ne levissimum quidem vestigium indicare, Agrippam in quattuor partes terram dividere voluisse. Solinum Capellam Isidorum alios Petersen (qui quantopere sano iudicio sit destitutus in eo vide quod Augustum suum sive Agrippam magnum opus composuisse hariolatur, quo terram secundum quattuor caeli regiones et statim deinde secundum tres partes Europam Asiam Africam descripserit![3]), Iordanem Muellenhoff p. 29 ex Agrippa pendere dixerunt. Gravius est, quod de Plinio idem putant. Id quidem probabile est, mensuras nonnullas quas sine nomine affert ex Agrippa eum sumpsisse; equidem autem praeter eas, quae Dimensurationis vel Divisionis consensu comprobantur, nullam pro certo ad hunc referre audeo, cum plerasque Plinius mensuras e Graecis scriptoribus hauserit atque ipse III 2 VI 141 praedicet, se in singulis terris auctores qui ibi vixerint praecipue sequi, in Italia autem describenda III 46 sqq. Augustum sequatur (cf. p. 8): non multum igitur fere restat, quod omni dubitatione exemptum ad Agrippam referri possit[4]). Addidi tamen,

1) Quibus nostro tempore oblocutus est Fr. Philippi, sed rem ad finem non perduxit. Prudentissime de ea re Partschius locutus est p. 75 sqq.

2) Bene de ea re Mannert p. 5 cl. Plin. III 16.

3) Idem cum ex Alberto Magno et Felici Malleolo ad Agrippae vel Honorii cognitionem multum redundare putat, egregie fallitur. Omnia illa quae laudat merae medii aevi nugae sunt.

4) cf. etiam Detlefsen p. XII, a quo Partschii sententia p. 3 refutatur.

causis ibi expositis, ex Plinio fragmentum 25, quod plerique Polybio tribuunt. Multa igitur posteri geographi vel errantes vel alios auctores sequentes vel nova indagantes vel immutata respicientes, etiam qui Agrippam consuluerunt, aliter atque ille tradiderunt. Disertis verbis autem post Plinium nemo chorographus (praeter ea quae ex Plinio hauserunt) Agrippam commemorat. — Haec de Agrippa; in reliquis me breviorem fore spero.

Dimensuratio provinciarum sive '*Epitome totius orbis*' quam edidi p. 9—14 et *Divisio orbis terrarum* (p. 15—20) opuscula in iuventutis usum composita et fortasse tabulis orbis pictis addita esse videntur. Ad eundem fontem utramque redire multa demonstrant: unum affero, longitudinem Mediae Parthiaeque, quam $|\overline{\text{XIII}}\,\overline{\text{XX}}$ passuum Agrippa 33 existimat, eodem in utroque opusculo numero describi, sed eum satis mirum in modum ita scribi |X|CCCXX(I) et in Dimensuratione 2 et in Divisione 23. Hunc igitur fontem Agrippam esse Dimensurationis Muellenhoff (weltkarte p. 26), Divisionis E. Schweder, qui primus eam edidit, libro p. 2 laudato primi dixerunt. Verum non ex Agrippae opere ipso, nullo alio interposito, derivanda esse recte is dixit qui de Schwederi libello iudicium tulit:[1]) addo, etiam esse quibus utrumque vel ab altero vel ab Agrippa discrepet (e. c. de Baetica Agrippa frg. 3, de Germania idem frg. 21 prorsus alia habet atque Dimensuratio 24 et 19 et Divisio 11, ubi provinciarum quoque coniunctio mutata est): quare ad illa legentes revoco quae supra de Agrippae apud posteros auctoritate dixi. Schweder igitur cum ex utriusque consensu ipsa Agrippae (quem et is cum Augusto confundit) verba restitui posse p. 42 dicit, nimium dicit. Etiam in universo provinciarum ordine inter se non consentiunt: Dimensuratio ab India, Divisio contra (sicut Plinius) ab Hispania incipit, quare ut p. VII dix Agrippam ab India incepisse Muellenhoff et Partsch, sed ab Hispania Schweder statuere voluerunt. Agrippam Dimensuratio accuratius sequi mihi videtur quam Divisio, non tamen tota ex eo pendere, id quod Partsch p. 3 sqq. probare conatus est, qui illud unum certissimum reddidit, eam ex Plinio *non* pendere. Non autem inter se concinunt (quae ille contulit) Dim. 10 cum Plinio IV 58, Dim. 16, 17 cum Plin. III 80 et 84, Dim. 27 cum Plin. V 38, neque ut puto Dim. 13 cum Plin. III 87; neque igitur pro certo affirmare licet alterum utrum ex

1) A. v. G. in 'Literarisches Centralblatt' 1877 p. 860.

Agrippa ipso fluxisse. In codice Palatino Dimensuratio Hieronymi presbyteri esse dicitur, quod, quamquam scriptor ille ecclesiasticus geographiae nonnunquam operam dedit, tamen fide non dignum est; praecedit etiam in eodem codice fol. 134 *'Orosii presbyteri provinciarum descriptio'* et fol. 123 *'Excerptum de Ethico cosmographo cata id est secundum Ieronimum':* qui Ethicus Hister exemplo est, falsarios in libris geographicis Hieronymi nomine (a quo Ethicum ex graeco translatum esse mentiti sunt) abusos esse. Et sane utrumque opusculum nostrum quarto saeculo iam antiquius esse videtur. Ex carmine enim p. 19 sq. exhibito scimus anno 435, cum Theodosius II quintum decimum consul esset (v. 7), Divisionem simul cum tabula picta ad eam pertinente (v. 8) imperatoris iussu descriptam esse: ex quo exemplari nescio an codex Palatinus non fluxerit in quo carmen deest: certe ex eo fluxit codex quo Dicuil usus est cum anno 825 ex Plinio aliisque veteribus ipsaque nostra Divisione (quam 'Mensurationem orbis terrae' dicit, cf. p. 19 adn.) opus suum cosmographicum consarcinaret. Quod ita esse, neque contra Divisionem ex Dicuile haustam esse Schweder recte intellexit (Dicuilem ex Dimensuratione sua sumpsisse viri docti antea putaverant). Quomodo enim fieri potuit ut medio post Dicuilem aevo ea ipsa quae in Divisione leguntur aliquis excerperet ex Dicuile, accurate ea praetermittens quae ex Plinio Solino aliisque sumpta sunt? Sunt etiam (ut etiam hoc addam) quae inter Dicuilem et Divisionem ita discrepant, ut nisi antiquo aevo mutata esse non possint: sic Divisio habet c. 11 *Germania omnis et Dacia* et 14 *Dacia*, sed Dicuil 1, 7, 1 *Germania omnis et Gothia* et 2 *Dacia et Alania* exhibet. Patet, antiquiorem lectionem a Divisione servatam, alteram autem paene ad populorum migrationis tempora referendam essse. Porro [1]) Divisio 22 (sicut Agrippa frg. 33) *Mesopotamia*, sed Dicuil 2, 4 *Mesopotamia Babylonia Chaldaea*. Etiam ordo provinciarum vide num in Divisione, ubi singulas imperii dioeceses excipere videntur barbarorum adiacentes regiones, magis genuinus sit quam apud Dicuilem. Sed quod maximum est: Dicuil in praefatione ubi de eis loquitur quos Theodosius imperator ut putat '*miserat ad provincias mensurandas*', falsissima tradit atque id unum ostendit se versiculos illos minime intellexisse quibus librarii illi Divisionem transscribentes anno 435 labori suo finem imposuerant. Hi enim nil aliud dicunt nisi imperatorem (quem calligraphiae quae vocatur amantissimum fuisse omnibus notum est) eos iussisse 'opus conficere'

---

1) sed *Gaulia* Dic. 3, 1 tantummodo ex *Getulia* (sic Div. 26) corruptum est.

scribendo et pingendo: eum autem 'misisse ad provincias mensurandas' nec traditum est neque ullos veri similitudinis numeros habet. Etiam aliud Dicuil non intellexit, cum *'ter quinis aperit cum fascibus annum'* ita verteret 'in quinto decimo anno regni.' Haec omnia in Divisione ut par est desunt.[1]) — Addendum in fine, Dimensurationem nonnulla in insularum maxime descriptione cum Orosii cosmographia communia habere; ex eodem Dicuil nonnulla addidit. De nomine divi Augusti (Div. 1) quid censeam vide p. XI. Sane Divisionis initium 1—2 ex Plinio III 3 'Terrarum orbis universus in tres dividitur partes Europam Asiam Africam' 5 'Primum ergo de Europa' 3 'et Gaditano freto' sumptum esse, nisi fallor, primo obtutu patebit, quare etiam c. 1 ex Plinio III 17 non difficile derivatur, neque Agrippam opus ab Hispania incepisse ea quidem ratione probari poterit.

Ad Iulii Honorii 'oratoris utriusque artis'[2]) cosmographiam accedamus, quae invito auctore a discipulo eius edita scholasticam geographiae tractationem, qua exilitate labentis Romani imperii temporibus fuerit, nobis luculenter ostendit. Orbis enim in quattuor partes sive 'oceanos' divisi maria insulas montes provincias oppida flumina gentes nominat atque numerat: sed, ut obscura nonnulla esse taceam, etiam graviora multa omisit, leviuscula autem inseruit, Italiam nullo prope verbo tetigit, hic certo ordine illic nulla ratione progressus est. Cum plerumque sola nominum commemoratione contentus esset, tantummodo in fluviis aliam viam ingressus est. Fluviorum enim et mensuras ad-

1) Neque quidquam Sedulio poetae cum hoc carmine rei est, quem nostris quoque temporibus hic afferre solent: nam Sedulium 'nostrum', i. e. christianum Dicuil tantummodo licentiae cuiusdam quam putat metricae excusandae causa hic induxit.

2) Teuffel hist. litt. Rom. c. 360 adn. 10 Iulium hunc oratorem perperam confundit cum Iulio Titiano, qui Maximini imperatoris aevo cum multa alia tum '*provinciarum libros pulcherrimos scripsit*' (Iulius Capitolinus Maximin. 27, 5) Chorographiae nomine inscriptos teste Servio ad Verg. Aen. IV 42: '*Barcaei . . secundum Titianum in Chorographia Phoenicen navali quondam superavere certamine*'. Ex eodem ut videtur opere Gregorius Turonensis haec sumpsit (de cursu stellarum c. 30) '*Aetna . . meminit huius montis et ille Iulius Titianus his verbis dicens: 'montes maximi in Sicilia quattuor, Eryx, Nebrodes, Neptunius et Aetna. quem vident saepius a summo flammas vertice volvere. Idque Centuripae urbis prope sitae fide credendum: quamquam cum primum Romae nuntiatum est arsisse Aetnam, in monstris procuratum est.*" Huic loco a me emendato reliqua Titiani fragmenta non addam, quia ad geographiam non spectat.

didit saepe omni ratione carentes — exemplo sit Adonis Syriae rivulus p. 31 — et prolixe cursum eorum descripsit, quae descriptio male composita cum fabulosa tum inepta permulta continet (quae quomodo in tabula pingi potuerint intellegi vix potest cf. c. 7—8). At tamen in fluviis quoque ex tabula picta eum vel saltem eius recensionem B pendere certum est, quam '*praesens*' (sc. exemplar) appellat p. 38, 4 B, et secundum quam '*ascendit*' Nilus in superiorem, i. e. septentrionalem tabulae partem p. 49, 9 B; sed ex alio quoque fonte, sive eum 'librum fluminum' appellare mavis sive copiosam fluviorum descriptionem in tabulae parte vacua additam fuisse putas, sua de fluviis sumpsit. In reliquis tabulam sive '*sphaeram*' (inscr. et c. 50) transcripsit. Neque vero in transcribendo feliciter ei res successit. Quid quod (ut pauca depromam) Pyramides inter montes, Adonis inter provincias, Arachosia inter gentes, Dahae et Celtiberia inter oppida, Syrtes inter insulas, Orcades inter maria, Maeotae inter fluvios exhibentur? Quid quod Chattos aliasque Germanorum gentes in parte orientali habet c. 13, quibus etiam plures Germanos recensio B adiungit? Fortasse in orientali tabulae parte adnotationem aliquam loco vacuo additam viderat, quae harum gentium nomina continebat. Quod vero nomina non pauca in duabus terrae partibus eadem inveniuntur, id ita velim intellegas, ea nomina in confiniis partium posita ab altera in alteram processisse. Ita verba '*mare Caspium in bis*' (c. 2 B, cf. c. 28) significant in orientali et septentrionali parte (quae etiam Amano Caucaso Bodua montibus dirimuntur) hoc mare collocatum esse. Tabula autem illa ut quam certissime restituatur, harum rerum studiosis iam proximus labor esse debebit.

Hanc tabulam Iulius Honorius magister excerpsit '*in describtione recta orthographiae*' (c. 51), quibus verbis simpliciter indicatur, eum orthographiam nominum in tabula exhibitam non neglexisse, sed eam vel religiose servasse vel etiam fortasse ubi opus erat eam emendasse. In suorum tantummodo discipulorum usum excerpsit, ne sphaera '*propter aliquos anfractus intellectum forte legentis perturbaret* (ita emendandum) *et vitio nobis acrostichis esset* (*acrostichides* vel *acrostiches essent?*)' (c. 1), id est: quia in tabula nomina non omnia rectis lineis, sed multa prout loci ratio suadebat aut directa ad perpendiculum acrostichidis instar scripta, aut anfractuum (cf. Livius XXI 37, 3) modo curvata atque discerpta erant, ea omnia, ut facile et recte legerentur, libello excerpsit excerptaque ea sive continentiam tabulae discipulis suis tradidit. Vnum igitur excerptorum erat exemplar, uni illi tabulae quae in Honorii schola erat adiunctum: quare 'e i u s sphaerae' c. 1 facile

intellegitur (*sphaeram* hic non magistri librum cum Pertzio p. 16, sed tabulam ipsam intellegendam esse, per se patet). Honorio autem id edere propter animi modestiam nolente ac 'subterfugiente', ut dixi, hic libellus ab aliquo discipulorum in magistri quamvis inviti honorem publici iuris factus est, qui libello Iulii Honorii magistri sui, quem in publicum emisit, addidit '*Excepta*', quae illo docente exceperat, i. e. aut auribus exceperat sive audiverat, aut (quod verius puto) scribendo exceperat: haec 'Excepta' ad numeros pertinentia (c. 49—50), docentis sermonem c. 50 redolentia paucis discipuli verbis inmixtis, '*ab sphaera* [id est hic: a libro sphaeram enarrante] *ne separentur*' monuit.[1]) Discipulus autem ne improbe fecisse videretur, caput 51 addidit, quo aperte fatetur non suum sed magistri sui opus se edidisse, cuiusque verba '*Haec omnia*' ad totum quidem libellum sed nescio an exceptis Exceptis illis (quae fortasse postea inseruit) pertinere videntur. Quid vero sint in subscriptione '*Excerptorum excerpta*', equidem non intellego. — Sphaeram, quam excerpsit, tabulam itinerariam fuisse ex multis nominibus accusativo vel ablativo casu positis efficere aliquis possit, quamquam postrema Romanorum saecula his in rebus multum licentiae sibi sumpsisse constat.

De tempore Honorii patriaque eius quaerentibus in sphaerae tempus prius inquirendum erit. Cui rei Muellenhoff libello priore utiliter operam adhibuit. Inerant igitur pauca quaedam quae ad primum p. Chr. saeculum revocari possunt (cf. p. 32 quae dixi ad c. 13, 12 B), quamquam cum ipso Agrippa nulla adest similitudo (ita recte Partsch p. 10); sed et alia quae ad Constantinianum recentiusve aevum pertinent (Constantina p. 48, 5, alia); nihil autem — quamquam in tali opere ne argumentis 'ex silentio' quod dicitur factis confidas cavendum est — populorum migrationem iam coepisse arguit. Non absonum igitur erit cum Muellenhoffio p. 7 statuere, tabulam paulo ante annum 376, novis supra antiqua structis, compositam esse. Hanc tabulam ita ut dixi Honorius excerpsit inter annos, si Peterseni credimus hariolationibus mus. rhen. IX 87, 412 et 427; saeculo quinto vel sexto, si Muellenhoffium Herm. IX 182 sequimur; certe antequam Cassiodorius inter annos 540 et 572, Iordanis inter annos 551 et 555 eum commemoraverunt; accuratius tempus eius, qui tot confusa malaque protulit, definiri nequit; cf. tamen p. XXVIII init.

1) I. Brandis mus. rhen. IX 294 totum librum magistro dictante a discipulo 'exceptum' putat. Quod si ita esset, 'Excerpta' obscure dictum esset; sed magis etiam illud repugnat, quod Excepta demum c. 49 '*incipere*' disertis verbis adnotatum est.

Nec magis ubi scripserit in comperto habemus; quod enim Pertz p. 30 (cf. p. 28) et Muellenhoff p. 7 et IX 182 in Hispania atque hic quidem Caesareae Augustae eum scripsisse dicunt, id leviusculis omnino rationibus innititur; nam et additamentum illud de Caesarea Hispaniae aliisque Caesareis (quod edidi p. 54 adn.) non prius quam in codice Palatino 1357 saeculi XIII qui nullius momenti est, quique Parisino 4871 saec. XI similis est in quo ipso addita illa non sunt, invenitur (additum fortasse ab Hispano aliquo medii aevi: sed ne id quidem certum est); et de consensu illo fastorum Hispanorum cum recensione B, cum utroque loco Saturnini in consulatu a. 735/19 collega Cinna appelletur, quid iudicandum sit p. 22 adn. exposui. Id unum nunc addo, ne Honorii quidem ipsius sed alterius tantum recensionis B Cinnae memoriam esse, illudque praeterea, meas rationes quas ibi exposui vel hanc ob rem verisimiles esse, quod fasti Hispani paene ubique singula tantum consulum nomina exhibent; quare si Lucretio addunt nomen et quidem illud Cinnae, hoc non ex consueto eorum fonte sed ex scriptore potius nostro eos sumpsisse. Nescimus igitur, ubi Honorius sphaeram suam exscripserit; cogitari possit de Italia quam ideo fortasse fere totam silentio praeteriit, quod singulari eam descriptione utpote patriam suam repetiturus erat. Sed nolo nugis indulgere.

Christianae religionis praeter quattuor oceanorum partitionem, de qua vide p. XXIV, vestigia inveniuntur nulla: neque vero antiquus deorum cultus memoratur.

Hucusque priorem eamque genuinam Honorii recensionem, quam A dixi, descripsimus; ad alteram nunc transibimus, libris illam sat multis propagatam, sed nunc primum a nobis editam. Haec a priore hisce maioris momenti rebus differt: primum narratio de quattuor terrae mensoribus (p. 21—23 ed. m.) ei praeposita est, quae cum a verbis 'Iulio Caesare' incipiat, in libris eius antiquissimis errore facili totum opus '*Cosmographia Iulii Caesaris*' (vel per corruptelam '*Chronica Iulii Caesaris*') inscribitur. Deinde computationes numerorum (in quibus si qua falsa invenerant, ea postea librarii suo quisque Marte emendare studebant) a fine libri ad exordium translatae sunt, omisso '*Exceptorum*' nomine. Ultima libri verba, quae ad sphaeram quaeque ad ipsum Honorium spectant, item omissa sunt. In ipsa cosmographia pauca tantum omissa, sed multa mutata, multa etiam addita sunt. Additamenta magna ex parte (cf. p. 27. 33 all.) non multum bonae frugis continent. Velut quod Ambiani oppidum habet A p. 35, 3; idem habet B sed Samarobriva addit tanquam si sit aliud p. 36, 1. Atqui luce clarius est hanc recensionem et post eam quam A dixi et

ex ea factam esse, et qui eam fecit tabula usum esse vel eadem atque Honorium (sic nunc putare mavult Muellenhoff IX 183) vel certe ei simillima (ita idem maluit Weltkarte p. 10) — cf. e. c. Germanos in orientali parte enumeratos in A, sed plures eorum ibidem in B, p. 32 — eumque eo consilio rem egisse, ut sphaerae vel tabulae pictae quae libri quasi mater fuerat memoria oblitteraretur (id quod facere tantum p. 38, 4 neglexit) utque liber a tabula illa separatus in plurium hominum manus veniret. Quae spes eum non fefellit. Praecipue in fluminibus ex bono atque integro sed nobis ignoto fonte multa addidit, inter quaę Iudaica vel christiana sunt aliqua (*Phison* p. 38, 11; *Geon* 48, 10; *castra Moyseia* 50, 10; *horrea Ioseph* 51, 3; *Sodoma* et *Gomorra*, *Bethulia*, *Sinai* 53, 7 sqq.) Maxime omnium memorabile (sed iterum dico, non ab ipso Honorio profectum) additamentum illud est de quattuor mensoribus, de quo iis quae p. XI exposui, haec nunc addam. Accuratissime, ut dixi, per annos menses diesque temporum computatio instituitur quae quattuor illi mensores operi suo impenderunt; consulatus autem qui additi sunt, in ea tempora non quadrant. Nam a Caesaris Antoniique consulatu usque ad Augusti consulatum quartum non XXI anni sed XIV, ad eius consulatum septimum non XXVI sed XVII, ad decimum Augusti consulatum non XXIX sed XX, ad Saturnini denique consulatum non XXXII sed XXV tantum anni numerantur. Numeros ubique septem vel novem annis maiores quam debuerunt positos esse vides. Ea dificultas non tollitur numerorum mutatione qualem instituit Ritschelius, satis audacem illam nec tamen ad finem iustum perducentem. Qui vir unicus si litteris nondum ereptus esset, ipsum hanc nostram utpote multo simpliciorem rationem amplexurum esse spero atque confido. Etenim in consulum, quorum nomina scripta adsunt, annis mensores singulos ipsam limitum iurisque cognitionem in ipsis provinciis institutam perfecisse reliquaque in provinciis peragenda ad finem perduxisse puto, deinde eos Romam profectos ibique in eis quae enotaverant redigendis, indicibusque qui in actis imperii deponerentur conficiendis per septem novemve annos occupatos esse, donec tandem post tot annos diesque quot a decreto in Caesaris consulatu facto accuratissime enumerantur, nempe ut stipendia a mensoribus accipienda (quales 'diaetas' nos vocitamus) ad eam temporis normam computarentur, de opere perfecto in senatu vel apud imperatorem relatum est. Exemplum afferam: Nicodemus ab a. 710/44 ad annum 724/30 in oriente versatus est et quidem turbis civilibus fortasse nonnumquam retardatus, deinde ad annum 731/23 enotata Romae in ordinem redegit. Haec is qui

alteram recensionem instituit [1]), quamquam cum ipso Honorii opere nullo modo, ne quadripertitione quidem, cohaerent, satis accurate (si errorem illum p. 22, 4 adnot. notatum excipis, in quem cum fastos consulares annorum 4—5 p. Chr neglegenter inspiceret adductus esse videtur), sed nescio unde, descripsit. Sed et illud ei culpae tribuo quod cum quattuorviris illis rem per provincias commissam esse legisset, Honorii illam quadripertitionem imprudenter in mentem sibi revocans singulos n orientem occidentem septentrionem meridiem missos esse perperam opinatus est.

Ducimur ecce ad ipsius Honorii eiusque sphaerae quadripertitionem, admodum illam mirabilem. Non enim ut Eratosthenes aliique geographorum duabus lineis, altera ab oriente ad occidentem, altera a septentrionibus ad meridiem ductis quattuor terrae partes constituit, sed ipsas has quattuor partes ad quattuor caeli cardines disposuit. Nec minus mirum est quod 'pars septemtrionalis' non Scytharum modo sed Macedonum quoque atque etiam Graecorum terram omnemque Asiam minorem complectitur. Quarum rerum causas circumspiciens intellexi, non ad Eratosthenem (quae Muellenhoffii olim p. 46 sqq. erat sententia) eas referri posse — quod enim et apud illum Rhodus medium terrarum orbis locum tenet, et apud nostrum Carpathus in orientali, Carpathium mare in orientali et meridiana, Rhodos in orientali et septentrionali parte occurrunt, id per se non multum (deest enim occidentalis pars), tot autem gravioribus rebus et lineis illis principalibus repugnantibus atque Cythera insula, quae a Rhodo occidentem versus sita est, etiam in orientali parte nominata, prorsus nihil valet — neque vero rem ad Agrippae (quem in quattuor partes terram divisisse nemo tradidit) neque omnino ad veterum normam exigendam esse. Ad christianorum potius eius aevi sententiam est referenda. Quod non ita acceptum volo, quasi ad patriarchatuum distributionem conformatam putem, quorum sedes metropolitanas Honorius haudquaquam satis distinxit, neque vero (ut de dioecesibus imperii taceam) cum Muellenhoffio IX 193 *Διαμερισμὸν γῆς* opusculum christianum (cf. p. 160 sqq.) comparo cui non Rhodus sed Rhinocorura in medio terrarum orbe est; sed veteris testamenti fidem Honorii sphaeram secutam esse dico. Quod enim Daniel propheta dicit c. 7 de quattuor bestiis quae a quattuor caeli cardinibus veniunt, leaena et urso et pardo et bestia decem cornibus insigni (7, 2 sqq.): *ταῦτα τὰ θηρία τὰ τέσσαρα τέσσαρες βασιλεῖαι ἀναστήσονται ἐπὶ τῆς γῆς* (7, 17), quodque idem narrat de Medorum Persarumque et de Grae-

1) Non autem ille qui Aethicus dicitur, ut perperam dicit Partsch p. 76, qui similiter atque Muellenhoff IX 183 haec omnia pro meris nugis habet.

corum imperio (8, 20 sq.), itemque de quattuor regnis invicem sese excipientibus (2, 39 sq.), quae ut dixi ad quattuor caeli cardines spectent, ea Orosius II 1, singulis regnis suas terrae partes attribuens, ita exsecutus est: *a deo sunt . . . regna . . . quale a principio Babylonium et deinde Macedonicum fuit, post etiam Africanum atque in fine Romanum quod usque ad nunc manet; eademque ineffabili ordinatione per quattuor mundi cardines quattuor regnorum principatus fuerunt distinctis gradibus eminentes, ut Babylonium regnum ab oriente, a meridie Carthaginiense, a septentrione Macedonicum, ab occidente Romanum;* iterumque libri VII capite altero idem dicit: *orientis et occidentis regnum Babylonicum et Romanum iure vocitari neminem unquam dubitasse scio. Macedonicum regnum sub septentrione esse cum ipsa caeli plaga tum Alexandri Magni arae, positae usque ad nunc sub Ripaeis montibus, docent. Carthaginem vero universae praecelluisse Africae et non solum in Siciliam Sardiniam ceterasque adiacentes insulas, sed etiam in Hispaniam regni terminos tetendisse historiarum simul monumenta urbiumque declarant.* Ita, quae maxime memorabilia sunt neque ad Eratosthenem aliosve priorum ullo modo remitti possunt — Macedoniam dico partis septentrionalis provinciam (quae ipsa in provinciarum septentrionis enumeratione c. 31 prima est), cui Graeciam aliasque vicinas regiones additas esse non est quod mireris, et insulas Italiae omnes meridianae parti attributas esse — facili opera explicantur.

Honorii cosmographiam primus ut dixi commemorat Cassiodorius qui ad monachos suos scribit (de instit. divin. litt. c. 25): *Cosmographiae quoque notitiam vobis percurrendam esse non immerito suademus, ut loca singula quae in libris sanctis legitis, in qua parte mundi sint posita, evidenter agnoscere debeatis. Quod vobis proveniet absolute, si libellum Iulii oratoris quem vobis reliqui studiose legere festinetis; qui maria insulas montes famosos provincias civitates flumina gentes ita quadrifaria distinctione complexus est, ut paene nihil libro ipsi desit quod ad cosmographiae notitiam cognoscitur pertinere.* Primus qui ea utebatur Iordanis est (vide p. 24 adn.), deinde usus est Dicuil [1]; re-

1) Dicuil autem cum scribit 8, 7, 1 '*In cosmographia legitur, quod Salinarum lacus in Africa, qui est in Tripolitana provincia et in regione Byzacio, in lunari mense crescit atque decrescit*', hoc neque ad Honorium qui nihil tale continet, neque ad Orosium qui lacum Salinarum II 1, 44 uno verbo tangit, sed ad adnotationem aliquam pertinere puto, quam in sui Cosmographiae exempli margine Dicuil adscriptam invenit. Aliter Partsch p. 10 adn. Eandem rem tabula Peutingeriana ita refert: *Saline inmense que cũ luna crescunt et decrescunt.*

censionem A ille, hic B adhibuit. Isidorum nihil ex ea sumpsisse pro certo affirmo; de loco V 36, 4 cf. p. XI: non ex ipsa Honorii recensione B, sed ex eius auctore (Suetonio?) eum sumpsisse puto. Posteri magis usi sunt cosmographia illa quae vulgo Aethici dicitur; a qua supra demonstravimus nostro quoque tempore viros doctos profectos esse ex eaque sibi visos esse efficere, de quattuor mensoribus narrationem cum cosmographia antiquitus cohaerere; unde tot errores fluxisse. Nam in Honorii recensione B, unde Aethicus personatus sua sumpsit, illa '*ut inferius demonstratur*' (p. 72, 17) et similia non sunt: quae orationis vincula Aethicus iste de suo addidit, apud Honorium vero quattuor mensores cum quattuor oceanis nullo modo cohaerent.

P a u l i O r o s i i historiarum anno fere 417 scriptarum caput illud quo cosmographiam complectitur addidi, praesertim cum et Aethicus quem dicunt ex Honorio et Orosio libellum suum compilaverit, et ad primum p. Chr. n. saeculum vel ad ipsum fortasse Agrippam quaedam eius referenda videantur. Huc spectant Galliarum (c. 29 sqq.) et Hispaniarum (c. 32 sq.) divisio, Sueborum prima inter Germanos dignitas (c. 21 cf. Tac. Germ. 38), limes qui 'Germaniam a Gallia secernit' (c, 20), ita ut Germania provincia nondum extiterit eius tempore quem Orosius exscripsit: quam provinciam primus commemorat Tacitus, Plinius ignorat. Cum Agrippa autem arte cohaerere non videtur. Iam ea re ab illo discrepat, quod non ad quattuor caeli cardines ut Agrippa, sed multis locis etiam ad circium eurum africum aquilonem regiones circumscribit. A mensuris indicandis prorsus abstinet; in solis insulis (in quibus ipsis Divisio omittit) eas indicat. Porro gentium exhibet numeros, atque multa, praecipue in oriente, eius propria nomina sunt et quae nusquam alibi occurrunt; in quibus fortasse assentiendum erit Partschio p. 11 sqq., qui eius abusionem Caucasi nominis et multam Alexandri Magni mentionem commemorans, ex aliquo rerum Alexandri scriptore eum vel eius fontem chorographica desumpsisse existimat Agrippaeque hic illic (cf. de Nilo c. 12) consulto oblocutum esse dicit. Cum Dimensuratione, quam multa ex Agrippa sumpta continere diximus, passim aliqua non ita magna similitudo est; quae res Muellenhoffium p. 14 eo duxit, ut Dimensurationis recensionem aliquam multis additamentis auctam, saeculo p. Chr. altero confectam, Orosii fontem esse diceret. Sed quaedam cum Ptolemaeo solo, e. c. in oriente et in Hibernia enarranda, alia cum tabula Peutingeriana communia habet. Recentia quoque inveniuntur, velut nomen Scottorum (c. 39, 40) quod primus prodidit Ammianus XX 1, 1, et Gothi Daciam incolentes c. 21. Quaestio igitur de Orosii fontibus satis difficilis et

nondum ad finem perducta est. Eum in paucis Iordanis et Ravennas, in multis sequitur Isidorus or. XIV 3—6;[1]) eo usus est etiam Dicuil, quem Divisioni nonnulla ex Orosio addidisse Schweder putat p. 31,[2]) quique errore quodam memoriae ex 'Cosmographia,' id est ex Honorio, affert quae de Creta et Cypro revera ex Orosio (non vero ut putat Pertz p. 42 ex Cosmographia quae Aethici dicitur; quam nusquam adhibuit) sumpsit. Cum Honorio c. 16 nescio unde communem habet corruptelam *Menaviae* nominis in *Mevaniam* c. 40.

Nunc iam disputandum est de Cosmographia illa scriptoris anonymi, quam p. 71—103 edidi. Sed disputandum est brevissime, ut decet pro exiguo huius libri pretio, quem falso iudicio usi Honorii fontem putaverunt Mannert, Ritschl, Petersen, alii, quamquam Aethicum (ita enim compilatorem plerique appellaverunt) ex Honorio fluxisse iam Valesius ad Ammianum 21, 16 et 29, 5 recte pronuntiaverat. Sane p. 72—90 ex Iulio Honorio, reliqua ex Orosio I 2 desumpta sunt, vocabulis tantum, ut speciem proprii laboris adderet, paulum immutatis (quod vero ad montes, fluvios etc. addidit *famosos*, id cum Cassiodorio, vide p. XXV, commune habet) et ad contortiorem quandam elegantiam passim inflexis; in ipsis rebus praeter paucissima quaedam nomina (ex quibus — cf. Honorii librum *C* — Hierusalem, Persas, Isauros hic affero) nihil novatum invenimus, nisi quod compilator ubicunque poterat Italiae Romaeque laudes et Honorianis (I 1a, 25, 26) et Orosianis (II 20, 28, 40, 52, 53, 54, 56) inseruit, Italiaeque montes (I 17) provincias (I 18; quas ex Augusti regionibus eum sumpsisse qui dicit Ritschl p. 512, non persuadet) oppida (I 19) Tiberisque descriptionem (I 25) Honorio addidit. Quare in Italia scriptorem vixisse suo iure viri docti contenderunt.[3]) Non tamen iis assentior, qui saeculo sexto eum floru-

1) Isidorus ex Orosio Servio Solino chorographia Christiana aliis fontibus hausit, quos accurate digerere opus est; qui labor si non multum at aliquid certe bonae frugis promittit. H. Hageni beneficio ex codice Bernensi 224 saeculi IX vel X optimo has partes edere potui; sed criticorum quorundam moris memor, qui non laudarent quod certum Isidori contextui fundamentum dedi, sed reprehenderent quod non omnes eius codices perscrutatus sum, Isidorum intactum relinquere malui.

2) De lacu Salinarum cf. p. XXV adn.

3) Africam quoque ei notam fuisse ex p. 100, 14 efficere possis; attamen valde odiosa ei fuit id quod ex I 1b; II 1; 41 (cf. I 48) elucet: cuius quidem rei causam ego nescio. — Ex tabula saeculo quinto confecta eum Italiam descripsisse Muellenhoff p. 13 putat. De Anthusa cf. ad II 23.

isse dicunt (Petersen, Muellenhoff, olii): iam saeculo quinto, et quidem non multo post ipsa Honorii Orosiique tempora scripsisse ex I 25 patet, ubi in Tiberis descriptione antiquum deorum cultum (p. 68, 22 sq. 29) Christianamque religionem (ib. 15 sqq.) pari vi Romae tum viguisse comperimus [1]). Nisi quis forte ex antiquiore fonte haec quoque recentius desumpta putat. Honorii recensione B usus est; in nonnullis rebus cum libro *C*, in multo pluribus cum *V* conspirat; Orosii autem codice usus est qui libro *D* similis erat. Nullo autem modo fieri potuisse, ut ex Cosmographia Honorius decerperet, ex multis apparet, velut ex Nili gentiumque meridionalium descriptione, quam accurate excerpere cosmographus I 45 sqq. non sustinuit; vel ex narratione de quattuor mensoribus (p. 72), quam si Honorius ex cosmographo sumpsisset, satis mirari non possemus, priorem Honorii recensionem eam omittere, posteriorem tantum eam exhibere.

Cosmographia nobis servata est ut pars syllogae cuiusdam cuius integrum titulum ex libro antiquissimo *V* p. 71 exhibui, quaeque itineraria et fastos consulares aliaque communi vitae usui destinata continebat. Sane in *V* aliisque libris permultis post Cosmographiam Itinerarium quod Antonini dicitur positum est. [2]) Olim tamen ea collectio (vel ut cautius dicam, illa sylloga, cuius ut pars fieret, Cosmographia nostra ab origine composita est) plenior fuit, utpote in qua Cosmographiam descriptio aliqua urbis Romae exceperit (cf. II 56): de ea autem descriptione titulus syllogae in libro *V* aliisque praepositus tacet. In Spirensis tamen libri sylloga tractatus de urbe Roma extat, sed non statim post Cosmographiam sequitur.

Denique de Aethici nomine, quod inde a Iosia Simlero, qui primus Basileae a. 1575 opusculum edidit, plerique omnes Cosmographiae indiderunt, dicendum est. Id quidem nomen in libris nec multis reperitur nec bonis (vide p. XLIII), quorum nullus antiquior est Parisino 4808 saec. XII, quo ipso et unico duce Simlerus usus est. Sed iam Hugo Flaviniacensis qui circiter annum 1100 chronicon Virdunense scripsit, II 29—32 cum '*Aethici*' nomine attulit (cf. p. 97), et plus quam saeculo ante Flodoardus (qui a. 966 mortuus est) in Remensis ecclesiae historia I 1 ex '*Aethico in cosmographia*' quaedam desumpsit quae non apud nostrum sed in Itinerario Antonini leguntur. Unde haec? Facillime res explicatur, si fingimus, aliquando totam syllogam in aliquo codice post

1) Etiam ex I 26 hoc efficitur, cum Aremoricus limes a tertio ad quintum saeculum extiterit.

2) De ea re cf. Mommsen l. p. XV laudato p. 103.

Aethicum Histrum 'cosmographum natione Scytham' barbarum illum atque confusum, quem D'Avezac Parisiis a. 1852 et H. Wuttke Lipsiae 1853 ediderunt, fuisse positam atque inde facili errore Aethici nomen ad Itinerarium Antonini (quod pari ratione Gerhardus Ioannes Vossius 'sive Iulii Oratoris sive Aethici Istri' esse putavit) a Flodoardo, ad Cosmographiam ab Hugone et in archetypo paucorum illorum codicum translatum esse (qui et ipsi ex parte Cosmographiae Itinerarium subiungunt Antonini quod 'plerosque codices' ita habere Pinder et Parthey p. VII perperam affirmant). Ita, postquam iam Salmasius de adhibendo Aethici nomine dubitavit, et Petersen et Carolus Pertz p. 74 rem recte definiverunt, cum D'Avezac paulo ante nomen utpote genuinum defendisset. Hodie quoque in libro Parisino 4871 saec. XI (*C*) Aethicum Histrum folio 142r Cosmographia nostra excipit[1]) (cf. Aethicus ed. Wuttke p. CXXV); olim in codice Augiensi (cf. Pertz p. 36) Aethicus Hister Honorium ('Iulium Caesarem') excepit. Parisinus 4808 huc non pertinet. Ipsum autem Aethicum Histrum syllogae illius partem quandoque fuisse non est credibile, quippe quae ut dixi ad communem vitae usum commode destinata fuerit, cui Histri illa absurda confusio nequaquam inservire poterat. Cui Histro et ipsi 'Aethici' nominis originem tribuo, quod qua significatione adhibere voluerit (licet ego ad sensum eius accomodate de 'ethico', i. e. de philosopho, scriptore cogitaverim, cf. adn), inquirere nolo, cum ad nostram rem non pertineat.

Sequitur liber paucis hodie notus atque ne in recentissima quidem litterarum Romanarum historia memoratus, 'Expositio totius mundi et gentium', quod nomen libro acephalo subscriptum est. Ea cum ob multa haud levia quae de oriente tradit (quorum nonnulla eis addi poterunt quae in libro 'Die idealisierung der naturvölker des nordens in d. griech. u. röm. litteratur' anno 1875 ipsi disputavimus) tum propter imperii Romani descriptionem vividam atque propter hominum et locorum rerumque quae ex illis proveniunt memoriam nequaquam spernendam tam iucunda quam utilis cognitu est. Sed latine scripta est pessime atque summa cum imperitia sermonis latini ad verbum ex Graeco conversa; exemplo sint: *ut* cum infinitivo (quod est *ὥστε* c.

---

1) col. 1. *Explicit liber aethici philosophi cosmographi nacione scita nobili prosapia parentum. ab eo enim aethica philosophia a reliquis sapientibus originem traxit.* col. 2. *Incipit Chosmographia hoc est descriptio orbis. Lectionum peruigili cura comperimus* sqq. Ita Parisinus 4871.

inf.) c. 19, 40, 53 all.; accusativus *multa genera* 55; genetivi *horum maiorem* 48 *eius spissior* 24, *dignos patriae* 61, *horum prope* 20, *huius supra* 43; *omnia fit* (πάντα γίγνεται) 36, *mysteria perficitur* 34; *propter velle* 55; assimilatio *cum omnibus quibus habet* 36; *memoratus* (μνημονεύσας) 23 et 63; *est invenire* 49 et 53; *quoque et* (τέ . . καί) passim adhibitum; alia. Etiam Romae nominis a ῥώμη originatio c. 55 (*de nomine virtutem ostendit*) quamquam etiam apud alios obvia, e Graeco est repetenda, multaque omnino tunc demum intellegi poterunt, si singula vocabula Graeco prius sermoni reddideris (*quae dicitur forum* 55 = ἣ καλεῖται ἀγορά). Sed etiam in aliis rebus scriptor sermone utitur pessimo, e. c. accusativum pro ablativo ponit post voculam *de* (37; 44), post *in* (61; 64), post *prae* (34), post verbum *utendi* (5), cf. c. 15 adn.; c. 12; accusativum pro nominativo 6 *margaritas* 11 *dolum* (nisi est neutrum pro masculino ut 6 *retias* fem. pro neutro) 23 *civitatem* 30 *Libanotidas*; post *aiunt* infinitivo nominativum bis addit (46; 55); atque ne a talibus quidem abhorret qualia sunt *alterae quorum* 27 vel *omnem negotium* 59 vel *excellentem opus* c. 50 vel *irascitur* passive 12: quae latini sermonis specimina Fredegarii latinitate digna sunt; eiusque sane aevo libenter assignarem, nisi ea aetas e Graeco vertere iam dedidicisset.

Tam malo autem latino sermone dehonestatus liber ut dixi optimus Graeci scriptoris nobis traditus est. Hic scriptus erat Constantio regnante (c. 28; cf. 23 et 32) et quidem — id quod Gothofredus iam agnovit — post Dyrrhachium dirutum, quae res anno 345 teste Hieronymo accidit (c. 53), et post portum Seleuciae anno eodem 345 extructum (c. 28): accuratius etiam cum C. Muellero geogr. gr. min. p. L definire licet[1]), cum verba c. 58: *Gallia imperatorem ex se habet* post annum 343, quo Constans ibi degit, ad nullum alium spectare possint quam ad Magnentium qui intra annos 350 et 353 illis in partibus regnabat, quemque *dominum* ibidem nuncupatum videmus.

Ubi scriptor vixerit, nescimus. Antiochiae eum fuisse Gothofredus primo coniecit, Muellerus Alexandriae; possis etiam de Roma cogitare: has certe urbes vividissime descripsit. De aliis orientis occidentisque partibus passim vocabulo *dicitur* similibusque additis ostendit se ea quae profert non ipsum vidisse (cf. tamen et illud *dicunt* c. 55 ex.). —

---

1) Quod Pannonia c. 57 '*semper habitatio imperatorum*' esse dicitur, id ad Vetranionem spectare potest qui ab a. 350 ad 351 in ea provincia imperatoria dignitate usus est: magis autem significari puto, imperatores ex ea provincia provenisse ut Aurelianum, Probum, Carum.

Religionum describendarum studiosus erat admodum: itaque cum christianae religionis vestigia nusquam, ne in Nicaeae quidem Palaestinaeque commemoratione, appareant ulla, Aegyptios cultumque eorum quam maxime laudat Graecisque praeponit (34); multus est in laudandis deis, pontificibus, haruspicibus (55 sq.), Vestalibus (55), Sibylla (64), alia id genus. Idem cum in Aetna 'divinitatem' habitare dicat (66), tamen etiam de deo tanquam uno loquitur (53 et 62: nam c. 19 interpolatum puto) Italiamque 'a providentia' regi (55) veteremque Romanorum religionem iam dilabi dicit ('colunt et deos ex parte' 55). Haec omnia si coniunxeris, nescio an scriptorem ad neoplatonismum qui dicitur inclinantem agnoscas.

Scriptorem eleganter doctum fuisse patet, magisque etiam comprobant quae ex Homero (42, 52), Vergilio (42, 61), 'antiquis' (42), 'historia' (44) affert. Ex epigrammate aliquo eum c. 48 hausisse puto. Sophistam igitur suo iure Gothofredus eum appellavit,[1]) neque nisi partem maioris alicuius operis esse hanc cosmographiam idem coniecit.

Quod maius opus cuius generis fuerit, e c. 21 clare emanare mihi videtur: verba enim '*et haec quidem de praedictis gentibus*[2]) *historicus ait*' non possunt non spectare ad opus aliquod historici generis, quod digressionem continuit chorographicam, quam noster sive ut Muellerus putat in priore tantum parte, sive ut alicui verisimilius videatur in toto opere aut exscripsit aut excerpsit. Nonnulla cum eo communia habet Ammianus Marcellinus, quae suis locis attuli; quod tamen eundem utriusque fontem indagasse sibi videtur V. Gardthausen[3]), nescio an verisimile non sit. Obsoleta eo aevo perpauca invenies, veluti quod c. 65 Creta insula centum urbes habere dicitur.

Hic igitur scriptor graecus hodie deperditus pessime in latinum sermonem conversus est; quod post annum 412 factum esse ea ostendunt quae de Gothis Galliae vicinis capiti 58 ab eo qui vertit addita sunt. Quod cum illo c. 19 unicum certum eius additamentum esse videtur (nam Vergiliana testimonia e Graeco sumpta esse possunt). Primus edidit Iacobus Gothofredus hac inscriptione 'Vetus orbis descriptio graeci scriptoris' Genevae anno 1628, deinde Iacobus Gronovius in Geographicis antiquis Lugd. Bat. 1697, postremo Carolus Muellerus in Geographis graecis minoribus vol. II, Parisiis 1861, p. 513—528.

---

1) Ne autem *orationem* (c. 63) *audientium* in consessu primum recitatam (c. 23) librum esse putes, obstat *scribendi* memoratio c. 33, 37, 62 obvia.

2) in quibus mansiones σχοίνους interpretatur Muellerus.

3) Gardthausen, Die geographischen Quellen Ammians. Habilitationsschrift. Lipsiae 1873. p. 28 sqq.

Sed altera quoque versio latina extat, quam Iunioris philosophi[1]) in libris dictam primus edidit Angelus Maius (Class. auctorum e codd. Vaticanis editorum III 387 sqq.); ex eo repetivit G. H. Bode Scriptorum rerum mythicarum vol. II a. 1834; optime edidit Muellerus loco supra laudato. Ea cum multis locis non solum sententiis sed etiam verbis prorsus eisdem concepta sit atque altera illa, non utramque e Graeco exemplari, sed alteram ex altera confectam esse (ut etiam in Apollonii regis Tyri historia e Graeco versa factum est) consentaneum est. Et barbaram quidem illam recensionem priorem esse, 'Iunioris' autem quasi iuniorem et ex illa factam, mutationum generibus diligenter consideratis intellegimus. Primum enim cum veterum scriptorum nominibus etiam veteris religionis vestigia Iunior ille delevit tantum non omnia, ne minimis quidem exceptis, ut ne hoc quidem intactum relinqueret Olympum deorum habitaculum esse (solam Latonae mentionem neglegentia quadam non delevit c 64), christiana autem nonnullis locis intulit, velut 'deo irascente' c. 53. Omisit porro quae non magni momenti esse ei visa sunt vel quae in tempus eius iam non quadrabant, ut quae de Antiochia imperatoris sede c. 32, de Isauris c. 45 dicta erant. Maxime autem operam dedit sermoni emendando, quem quantum poterat barbarismis remotis elegantem reddidit. Nova addidisse non videtur; pauca quae nobis nova praebet (ut Delus c. 64. Palarmum c. 66) in nostro tantum prioris recensionis codice vitio defuisse crediderim neque ex additamentis c. 55 effecerim eum Romae vixisse. In solo prooemio christianarum sententiarum pleno — prioris recensionis prooemium non extare valde dolemus — nova addidisse videtur, cum auctorum nomina tam absona, tam sensu carentia qualia legimus c. 3 'post istos vero Menander' sqq. (cf. totum caput) Graecus noster posuisse non possit. Auctorum autem nominibus audacter fingendis Fulgentii nebulonis aetatem praeter ceteras indulsisse constat, cui nescio an hunc quoque libellum (ex quo non omnia, sed ea tantum quae ad priorem recensionem illustrandam idonea videbantur exscripsi) recte attribuere possimus. —

De opusculis quae in extremo libro posui non est quod multa dicam. De Nominibus provinciarum omnium libro Veronensi servatis cf. quae optime disputavit Th. Mommsen (Acta acad. Berolin. 1862 p. 489 sqq.), qui Diocletiani aetate vel certe ante a. 320 p. Chr. ex nominibus Io-

1) 'quia nimirum respicit ad antiquiores a se nominatos philosophos' Maius.

via, Herculea, Diosponto pro eo qui post Helenopontus erat, aliis hunc indicem conscriptum paucisque postea interpolatum esse doctissime probavit. Alia quoque interpolationis vestigia saeculo quarto exeunti tribuenda Kuhnius nuper indagavit atque ex conciliorum maxime actis illustravit (ann. philol. 1877 p. 701 sqq.). Numeri interpolati et nihili sunt: non enim provincias, sed nomina enumerant. Quae de Gentibus barbaris addita sunt, Muellenhoff a. 1862 ibid. p. 518 sqq. illustravit et intra annos 300 et 350 conscripta esse evicit. Mihi quidem haec duo opuscula ab origine inter se cohaerere videntur ita ut orbis terrarum et intra et extra imperii fines descriptus sit. Opusculum est magni pretii. Cf. etiam Muellenhoff Germaniae antiquae p. 158 sq. Mihi gentes ita enumeratae esse videntur ut post Britannicas sequantur gentes oceanum septentrionalem accolentes (Rugi-Saxones), deinde Franci cum affinibus suis (Franci-Bructeri), Chatti, Rheni superioris Danubiique usque ad Moesiam accolae (Burgundiones-Taifali), quaeque gentes hos a tergo claudunt (Hermunduri-Scythae); gentes ad Pontum Euxinum (Gothi), in Asia, in Africa, in Hispania degentes; Romani ultra Rhenum. Ita omnia saeculo IV ineunti accomodatissima sunt; cf. de ordine nominum Ammianus XXVI 4, 5.

Iterum Nomina omnium provinciarum adiunguntur quae circa a. 385 p. Chr. conposita esse Mommsen exposuit in Actis societ. litt. Saxon. III p. 269 sqq. Ea quae brevi post Notitia Dignitatum immutata dedit, in adnotatione commemoravi. Libellus ea re nobis servatus est, quod Polemius Silvius anno 449 eum in Laterculum suum recepit. Conferendi sunt etiam Rufi Festi provinciarum commemorationes.

Hic inserui de singulis imperii partibus opuscula. Atque Romae quidem urbis descriptiones omisi; Constantinopolitanae autem urbis notitiam Theodosii II aevo scriptam edidi, quam fortasse Cassiodorius respicit cum dicit (de instit. divin. litt. 25) *Marcellinus quoque pari cura legendus est, qui Constantinopolitanam civitatem et urbem Hierosolymorum quattuor libellis minutissima ratione descripsit.* Addidi fragmentum quoddam de quattuor urbibus maximis; nec non Notitiam Galliarum qualis inter annos 386 et 450 (cf. Brambach mus. rhen. XXIII 262 sqq.) primum composita esse videtur, addere e re putavi. In Notitia Galliarum saeculorum insequentium additamenta, quibuscum apud Francogallos saepius impressa est, ut par erat neglexi.

Vibius Sequester post hos positus est, sed cum poetarum testimoniis iis tantum, quae ad verba auctoris intellegenda vel recte aestimanda

alicuius momenti esse videbantur. Silium Italicum ab eo non esse adhibitum (quod olim putaverunt) H. Blassius docuit mus. rhen. XXXI 133 sqq. Quod idem Oram maritimam aliquam nunc deperditam a Vibio adhibitam putat, aut fallitur aut in Ora illa nulla nisi Siciliae Dyrrachiique litora descripta erant, e quibus solis fere regionibus nomina apud Vergilium Ovidium Lucanum non extantia commemorat Vibius.

In fine cosmographiae Christianorum specimina antiquissima sermone Latino conscripta coniunxi, quae per Hippolytum Portuensem qui intra annos 235 et 238 scripsit, ad Iulii Africani de temporibus volumina anno 218 composita redire probabilis virorum doctorum opinio est; cf. inprimis Th. Mommsen in Actis societ. litt. Saxon. II 595. Contra dixit, ita ut (sicut olim Carolus du Fresne) Hippolytum, non vero Africanum, qui ab illo alienus essset, fontem esse statueret. A. de Gutschmid mus. rhen. XII 619 sqq. Huc Liber Generationis pertinet, quem e Francica illa farragine quam Fredegarii olim nomine nominarunt deprompsi, liber admodum memorabilis qui terram inter Sem Cham Iafeth tripertitam ita describit ut singulorum deinceps generationes, deinde gentes, interque eas quae litteras noverunt, fines deinde et regiones et insulas demonstret (Iafeth c. 4—10, Cham 11—18, Sem 19—24); deinde iterum gentes omnes cum coloniis ('inhabitatoribus') suis alia omnino ratione ab oriente ad occidentem enumeret (25—34), quibus varia quaedam adduntur. Huc pertinet 'Anonymus Scaligeri' sive 'Excerpta barbari' quae ex eodem libro Graeco versa sunt atque Liber generationis, quaeque et eam ob rem et quia in Schoenii Eusebio iam edita sunt repetere nolui (in usum autem vocavi in libro Generationis recensendo); huc denique quae ex Chronographo anni 354 Mommsenum secutus edidi. Appendicis loco 'Exordium' ex Eusebio Schoenii non inepte ut puto apposui. Ab his alienus est Iosephus ant. Iud. I 6.

Hi sunt libelli quos syllóga mea comprehendi; qua si forte alteri parum, alteri nimis opusculorum complexus esse videbor, ad ipsam rem meas rationes utiliter accomodatas esse aequos iudices existimaturos confido.

II.

DE CODICIBVS QVIBVS HAEC OPVSCVLA CONTINENTVR.

De Agrippa quae oportebat in adnotatione dixi. —

Dimensurationis provinciarum duo sunt genera codicum. Alterum constat codice Vaticano Palatino 1357 (*V*). saeculi XIII. mem-

branaceo, forma maxima, geographica multa continente, ut nomina provinciarum et notitiam Galliae fol. 20—21, deinde Divisionem orbis terrarum; *Excerptum de Ethico* [Histro] *cosmographo cata id est secundum Ieronimum* fol. 123—124; Orosii presbyteri provinciarum descriptionem fol. 134—137; Cosmographiam Iulii Caesaris fol. 148 sqq.; Cosmographiam saeculo septimo inter Francos compositam [1]) fol. 151 sqq.; inter haec in foliis 137 seq. 'Ieronimi prespiteri demensuratio prouinciarum' extat. — Alterum codicum genus, ab illo valde diversum, apographis codicis Spirensis (de quo videndi sunt Parthey et Pinder in ed. Itin. Ant. p. XXVII sq. et Otto Seeck in Notitiae dignitatum ed. p. IX sqq. [2])) constat, non autem Dimensuratio ex ipso Spirensi sed ex alio aliquo 'antiquissimo libro' descripta est. Huius generis lectiones mihi praesto erant libri Monacensis 794 (de eo cf. Catalogus et Parthey l. c. p. XXIV) a Friderico Ohlenschlager Monacensi meum in usum collati, et Laurentiani 89 sup. 68 ex ed. Schwederi; ex Vaticano 244 eiusdem generis primus libellum edidit Emanuel a Schelstrate in Antiquitate Ecclesiae vol. II p. 525; codicem Canonicianum libri Spirensis opera et Dimen-

---

1) cf. G. H. Pertz, 'Ueber eine fränkische Cosmographie des siebenten Jahrhunderts' in Actis acad. Berolin. 1845 p. 253—270. Hic codex nova praebet, e. c. de Amsivariis; quare descripsi quae fol. 152 r. col. 1 leguntur de Germanis haec: 'Germania nuncupata iuncta reno flumini. ibi sunt gentes amare grandeui corpore obdurati corde sepe celi parte incole. Animo feroc' sistunt semper indomiti. rapto uiuunt et uenatu per uenenum tossice. plurimum in ipsis locis uariantur lingue. tolerant iam si uari (*legendum* Amsivari) quam dictum grece inassia marcomanni et rubrantes blandi ant frendentes uerba contabescent labiis. Interfusus occeano ibi manent saxones agiles et cor duratum et in armis validi fritefenni frisones ualentque pyratie (*lege* piratia). Franci demum a franco nomen prius sumpserant, animati et feroces. regna plura ceperant. modo sedent christiani cum divino munere. Gallia Bellica dicta est infra renum et sigona. ibi sunt uille regales et uenusti principes. ad bellandum sunt fortes, pugnando terribiles. Niustricus uocatur inde citra ripam sigone iuncta litus oscano (*lege* oceano) pergens alligare prima fecunda nimis iuncta in brittaniis.' Sequitur Britannia. Finis libri: "tiberis. Ibi romula est sita et est ciuibus (*lege* civitas nobilis in imperio. Est caput prouintie." Haec emendare hic supersedi; conferendus est Isidorus or. IX 2, 97 sqq. et libro XIV passim.

2) Continebat Spirensis opera haec: Cosmographiam (p. 71—103 ed. m.), Itinerarium Antonini (cui adhaerent 'Septem montes' et 'Nomina aquarum'), Dicuilem, Notitiam Galliarum (p. 141 sqq. ed. m.), Annotationes provinciarum (p. 130 sqq. ed. m.), De montibus portis et viis urbis Romae; De rebus bellicis, Disputationem Hadriani et Epicteti, Notitiam urbis Romae, Notitiam urbis Constantinopolitanae (p. 133 sqq.), De gradibus cognationum, Notitiam Dignitatum.

surationem provinciarum continentem, in bibliotheca Middlehilliana servatum C. Pertz de cosm. Eth. p. 68 eundemque ut 'Oxoniensem Canonicianum lat. misc. 378' O. Seeck Hermae vol. IX 223 (qui ibi quoque addita esse illa *Demensuratio prouinciarum quae non erat in praecedenti codice set de antiquissimo libro excerpta* affirmat quique dubitat num eadem manu atque Notitia Dignitatum scripta sit) commemorant; idemque Pertzius p. 65 sq. Matritensem Q 129 'saeculi XIV ex. vel XV' libri Spirensis opera et in fine fol. 166 Demensurationem provinciarum '*quae non erat in praecedenti codice sed de antiquissimo libro excerpta*' continentem. Codice Vaticano 247 Angelus Maius esse usus dicitur, qui in Classicorum auctorum e codicibus Vaticanis editorum tomo III p. 410 sqq. post Schelstratium primus sed multa liberius ut videtur mutans edidit; eius editionem repetivit G. H. Bode in Scriptoribus rerum mythicarum, Cellis 1834, t. II p. XX sqq. Pertzius p. 27 adn. se undecim codices investigasse dicit. Postremo edidit E. Schweder l. c. Mihi codicis *V* cum uno alterove secundae classis comparatio sufficere videtur, nisi forte alia librorum familia adhuc ignota reperietur. Igitur ubique fere *V* multo quam illi melior est, multis autem lacunis laborat, in quibus explendis opus illis est, qui in ceteris pauca tantum (velut c. 27, 19) meliora praebent quam V. Sunt etiam vitia utrique iam familiae communia, ut c. 12 13; c. 20 fin.; c. 23, 5 alia.

D i v i s i o n e m o r b i s t e r r a r u m E. Schweder primus ex eodem codice Palatino 1357 p. 21 sq. edidit. Hic magis genuinam libelli formam conservare mihi videtur quam codex qui Theodosii scribarum carmen continuit ad eosque rediit, quo Dicuil anno 825 usus est, cf. quae dixi p. XVIII. Alius codex adhuc innotuit nullus.

Ad I u l i u m H o n o r i u m pervenimus. De cuius codicibus copiose egit Carolus A. Fr. Pertz libro 'De cosmographia Ethici' Berolini a. 1853 edito, laudabili sane ille diligentia, neque non sunt quae primus recte agnovit; in pluribus autem (prava illa quae sibi finxit stemmata codicum commemoro) iudicio mirum quantum perverso usus est. Permulta ego Maximiliano Bonnet debeo qui libros *A* integrum et *C* ex parte descripsit quique cum iisdem et cum *S*, quem ego anno 1869 descripseram, plagulas impressas iterum contulit.

A Princeps codicum, quique solus priorem recensionem servavit, est P a r i s i n u s 4 8 0 8, olim P. Pithoei qui nomen suum primo folio inscipsit [1]), deinde I. Thuani, postea D. Puteani, denique Colbertinus

1) de hoc aliisque multis quos describam accurate dixerunt vel Pertz vel Parthey et Pinder in praefatione ad Itin. Ant.; at tamen addere licet multa quae Bonneti beneficio comperi.

2565; membranaceus, forma quadrata, versibus trigenis singulis nitide scriptus; nominum indices singulas columnas in singulis paginis conplectuntur. Litteris uncialibus scriptus saeculo VIII, ut proditum est in catalogo, vel potius saeculo VI, ut censent Parthey et Pinder p. XIII, foliis 53 r. — 65 r. Honorium continet a verbis *Excerpta eius sphere* p. 24 usque ad *artis feliciter* p. 55. Honorii nomen in initio libri de industria omissum est, cf. quae dixi p. XX sq. Post folium 54 inter verba *nec eius* p. 28 et *Adonis* p. 31 duo folia interciderunt: huius igitur loci prior recensio periit. In quo emendando ut recensionem priorem (quam itidem A dixi) restituerem, caute progrediendum erat: fortasse plura emendare debui quae inter saecula IV et VI (vel VIII) labem traxerunt: sed veri similius est scriptorem ipsum iam nonnulla peccasse. Pauca quae in libro A desunt, ex recensione B in recensionem A inferenda videntur, velut fluviorum nonnullorum mensurae: nec tamen id certum est. — Liber summi pretii est. Ex eo Honorium Gronovius primus edidit, sed eius editio non caret erroribus. M. Bonnet mihi bis codicem adhibuit ut supra dixi.

V Veronensis 2, secundae recensionis B codex et antiquissimus et in plurimis optimus, membranaceus, forma quadrata, saeculi VI vel VII, vicenorum in singulis paginis versuum, post libros regum ex Hieronymi versione inde a folio 246r. Honorium ut (sive est in altera recensione Iulium Caesarem) inde a verbis *quae sunt ippodes* p. 24, 7 continet. Desunt folia duo post 249, qua re perierunt verba ab *aquincum* p. 35, 13 usque ad *ex alpibus* p. 38, 11. Iterum lacuna p. 49, 8 ad p. 53, 10 est inter folia 253 et 254, qua interciderunt verba a *et samson* usque ad *heremum superiorem*. Hunc codicem Pertzio ignotum primus protraxit Theodorus Mommsen anno 1862 in Actis academiae Berolinensis, qui inde edidit provinciarum nomina quae Honorium folio 254 r. post verba *Explicit cosmografia iuli caesaris Incipit eiusdem nomina provinciarum omnium* sequuntur, quaeque ego p. 127—129 iterum dedi. Honorium ipse contuli anno 1875. Vbi nihil de eius lectione addidi, in recensione *B* eum librum sequor.

S Proximus et aetate et praestantia est Parisinus 10318 olim Salmasianus, membranaceus, forma quadrata, saeculi VII vel VIII; quem descripsi Anthologiae latinae vol. I p. XII sqq. Non *Cosmographiam* sed perperam *Cronicam Iulii Caesaris* librum, quem p. 238—262 exhibet vicenis novenis versibus in binis columnis scriptum et numero XIIII p. 238 insignitum (cf. Anth. Lat. p. XX), inscriptum continet. Eum ducem secutus sum in quibus partibus *V* deest; nam *S* ipse nullis lacunis detruncatus primusque eorum est qui quattuor

mensores (p. 21 sqq.) continent. Nomina ad recentioris iam aetatis orthographiam format nonnulla, insunt enim *Bolonia*, *Arlate*, *Suavi*, *Gallicia*, *Mutena*, alia id genus. Hunc 'vetustissimum' librum Salmasius passim laudat in Exercitationibus Plinianis et in Scriptoribus historiae Augustae ab eo editis, et post eum Isaac Vossius in adnotationibus ad Melam III 1 et 9 scriptis. Ipse anno 1869 contuli; Bonnet iterum perlustravit ut supra dixi.

R Simillimus huic est Vaticanus 3864 saeculi X, membranaceus, forma quadrata, qui inter Caesaris commentarios et Plinii epistulas folio 74 v. cosmographiae initium (p. 21 in. — *arabicum que* p. 24, 5) et folio 75 r. eius finem (*id est africae* p. 51, 10 — *massilio benses* p. 54, 7) continua scriptura continet; media interciderunt. Ipse anno 1875 contuli. Primus partem eius libri descriptam edidit Ritschl mus. rhen. I 489. Ex *S* descriptum esse, quamquam vel in minimis rebus plerumque cum illo consentit, non crediderim; magis etiam congruit cum *P* (vide infra) qui non descriptus est ex *S*. Suo iure librarius post ipsos Iulii Caesaris commentarios eiusdem cosmographiam ponere sibi visus est.

P Etiam Vaticanus Palatinus 973 membranaceus, forma quadrata, saeculo X (vel IX?) vicenis binis per paginas versibus continua scriptura scriptus libro *S* simillimus est. A folio 5 r. ad folium 13 r. 'Cronica Iulii Caesaris' continet; desunt tamen a p. 44, 11 (*milia DCCXC*) usque ad p. 49, 4 (*unam coronam faciunt*) inter folia 11 et 12. Ex *S* descriptus tamen esse non potest, qui paucis locis ipse ex eo emendandus est, cf. ad p. 35, 15 *Menapium*. Totum contuli ipse, sed cum usus eius non magnus sit, non ubique in editione enotavi, cf. quae dixi ad p. 21 init. et ad p. 33, 1. Manus altera *p* multa correxit.

C Alius generis est Parisinus 4871 olim Thuaneus, deinde Colbertinus 687 Regius 3733, membranaceus, saeculi XI, qui foliis 99r.—104r. opusculum nostrum, quod in initio 'Dimensionem universi orbis', sed in subscriptione, Cosmographiam Iulii Caesaris' appellat, exhibet,[1]). Hic enim liber passim licenter immutatus est; quamquam autem in re orthographica misere corruptus est, sunt tamen nonnulla (ut p. 24, 2) in quibus ad *A* propius accedit quam *SPR*, omnino autem eius potissimum familiae, cuius antiquissimus liber est Veronensis, proles satis depravata esse videtur, cui nusquam fere certa fides habenda sit. Quid quod p. 25, 5 pro Nysa monte (*nisa V*) montem Iudaeorum *Sina*(*i*) suo Marte

---

1) Fragmentum vetustissimum geographicum longobardico charactere exaratum quod dicit catalogus fol. 161 r.—168 v., Isidori etymologiarum partem (XIII 5, 2—XIV 3, 35) esse Bonnetus me docuit.

inseruit? Quare eis quidem locis quibus *V* deperiit (vide supra) ex *C* omnia praeter res orthographicas enotavi (ea quidem ratione usus, ut suum cuique liberum iudicium relinquerem utque ipse in pluribus *S* potius sequerer et *C* non nisi ob certas causas hic illic praeferrem), in ceteris autem partibus usque ad p. 25, 3 quidem et a p. 53, 10 ad finem eum plene excussi, deinde a p. 25, 3 ad p. 32 ex. graviora excerpsi, eo maxime consilio ut *C* cum *V* comparare unicuique in promptu sit. Ex p. 33—35 et 38—49 gravissima a Bonneto postea transmissa Addendis inserui. Quae *C* solus habet in quibus partibus *V* servatus est, velut Isauriam et Persidem p. 25, 7, ea interpolata esse certum est atque id tam antiqua aetate, ut in personati Aethici cosmographiam inde transierint; *itomahis* autem p. 27, 4 nihil nisi dittographiam nominis (Pto)*lomais* 27, 3 esse Bonnetus agnovit. Ubi *V* deperditus est, res minus certa est: quare p. 36, 1 narrationem de Baeti fluvio ex *C* explevi. Ex eo quod voces 'mons' 'provincia' alias id genus omnibus nominibus addit, eum artiore vinculo cum *A* coniunctum esse quam vel Veronensem concludere noli: id potius libera mutatione secundae recensionis effectum est. Contulit Bonnet, iterumque perlustravit.

Codex 'Cosmographiae' a Dicuile adhibitus cuius mentionem hic insero recensioni B et quidem in ea praecipue libro *C*, rarius autem libro *S*, sed ne 6, 9, 14 sqq. quidem Aethici personati cosmographiae similis erat; in numeris 8, 8 fere cum *C* (si corruptos excipis) congruit. De errore eius ad lacum Salinarum spectante (8, 7, 1) cf. p. XXV.

Horum codicum quos non adhibui, Pertzius notitiam dedit: codicis A u g i e n s i s nunc deperditi ante annum p. Chr. 822 scripti, Palatini 1357 saeculi XIII, Palatini 1356 saeculi XV vel XVI, Monacensis 950 (Ies. 14 e) saeculi XV vel XVI. Hi omnes ad libri *C* familiam pertinent: cum in subscriptione Cosmographiam Iulii Caesaris nominent, tamen in inscriptione 'Dimensio universi orbis' exhibent (nisi quod Pal. 1357 'Dimensuratio universi orbis terre' facili errore, cum non multo post 'Dimensurationem provinciarum' positum sit, dicit) et p. 24, 2 *atrocia essent* cum *C* habent Pal. uterque et Mon. (de quo cf. Kunstmann nunt. litt. acad. Monacensis 1854 n. 34). Palatini soli, quantum scio, notitiam quattuor Caesareorum in fine appositam (cf. p. 54 adn.) habent. Porro Scorialensis II R 18 (saeculi VIII) aetate sua commendatur, de quo quae Pinder et Parthey Itin. Ant. p. XX sqq. tradunt, non sufficiunt. Denique Parisinus 7418 saec. XIV fragmentum Cosmographiae et Neapolitanus IV D 22 bis anni 1474 vel 1484 totam sed liberrime mutatam (de quo incepta profert Pertz p. 47 sqq.) continent.

De O r o s i i codicibus plura dicere supersedeo, quippe qui in eis

totus instem vestigiis Caroli Zangemeisteri, qui nuperrime in Commentationibus philologis in honorem Th. Mommseni scriptis p. 715—738 breviter de eis disputavit chorographiamque ex eis edidit, quique plenius de eis suo tempore ipse dicturus est. Usum collationum suarum capitis 2 libri I liberalissime ille ut dixi mihi permisit. Libri optimi quoniam Laurentianus saeculi VI hoc quidem capite privatus est, sunt Vaticanus
P Palatinus 829 saeculi VIII potius quam IX eumque ferre aequans dig-
R nitate Rehdigeranus S I 5, 30, saeculi IX potius quam X. Horum enim manus prima minimam interpolationis labem traxit. *p* manum non solum secundam saeculi IX vel X, sed etiam tertiam saec. X vel quartam saec. X vel XI hic illic significat. Non tam bonus est Do-
D naueschingensis saeculi VIII, magisque etiam ab optimis recedit Am-
B brosianus D 23 sup. ex Bobiensi bibliotheca advectus saeculi VIII. Hi enim, ut censet Zangemeister, licet archetypus eorum ad Laurentianum prope accesserit praestantia, interpolati ac passim licenter foedati sunt. Ego *PR* totos, ex *DB* non ut ille omnia sed non ita multa, maxime in nominibus propriis, exhibui. Chorographiam a toto Orŏsii opere separatam codices nonnulli continent, inter quos Monacensis Elect. n. 396 saec. X ita inscriptam habet: *Liber canonum siue ratio totius orbis uel prouintiarum.* Verba paucis locis ipse emendavi; qua in re summa cum cautione progrediendum esse cum Zangemeistero censeo.

In 'Cosmographia' quam Aethici olim dixerunt, unicum ducem secutus sum librum antiquissimum Vindobonensem 181 saeculi VIII. Est codex membranaceus, forma quadrata, foliorum 60, scriptura unciali, fol. 1—25 r. Cosmographiam continens, deinde post fol. 25 v. vacuum a fol. 26 r ad finem 'Itinerarium prouinciarum Antoni Augusti'. Singulae paginae 26 vel 27 versuum sunt, columnis binis ternisve in nominum enumerationibus divisae, id quod religiosissime in editione imitatus sum. Ut ubique numeri, quos nominibus praeposui, recte intellegantur, haec velim teneas: folium 2 v. continet quae sunt ab *ac sic omnis* p. 72, 26 ad *Cassius* p. 73, 48; folium 3 r. *Oceani* ad *Mitilene* p. 74, 63; fol. 3 v. *Lamsacu* ad *DCXXVI* p. 75, 12; fol. 4 r. *mergitur* ad *Sigota voci* p. 75, 27; fol. 4 v. *tatur quoniam* usque ad *currit mi* p. 76, 14; fol. 5 r. *lia DIIII* usque ad *ipso mon* p. 77, 3; fol. 5 v. *te caucaso* usque ad *Anartacae* p. 77, 32; fol. 6 r. *Geloni* ad *insulae sunt* p. 78, 21; fol. 6 v. *Hibero* ad *Hadriae* p. 79, 36; fol. 7 r. *Oceanus* ad *Santones* p. 80, 71; fol. 7 v. *Lingonis* ad *occidentalis fa* p. 81, 23; fol. 8 r. *mosa. Nam̄* ad *mare ingre* p. 81, 41; fol. 10 r. *qua naves* p. 83, 18 ad *Burgundiones* p. 84, 21; fol. 10 v. *Gippidas* ad *Paphies* p. 85, 9; fol. 11 r. *oceanus* ad *focis circa* p. 85, 68; fol. 11 v. *Delcis* ad *CCIIII* p.

86, 43; fol. 12 r. *Fluvius Nais* ad *CCCCLXX* p. 87, 14; fol. 12 v. *Fluvius Heurotas* ad *Corasmias* p. 88, 24; fol. 13 r. *Massagetas* ad *Sitifensem* p. 88, 72; fol. 13 v. *Oceanus* ad *exordio in Ae* p. 89, 67. In reliquis haec adnotari nihil interest. Hunc codicem accuratissime meum in usum contulit Henricus Sedlmayer Vindobonensis; eundem cum Zangemeisteri in usum Carolus Kaplan Vindobonensis contulisset, de eis locis quibus hae collationes inter se discrepabant (qui nec multi erant nec graves) iterum rogatus Sedlmayer hos denuo excussit. — Etiam in orthographicis rebus librum *V* ubique secutus sum, cum et auctor tam recens sit, ut barbarica multa sermoni eius infuisse verisimile sit, et iusta verborum scriptura ex Honorio Orosioque facili opera peti possit. *V* in eis tantum emendare studui, quae ipse Honorio addidit, inque eis ubi Laurentianus ad meliorem orthographiam nos ducit.

L Nam etiam alterum librum adhibui Laurentianum pl. 89 sup. 67 saeculi X potius quam XI. Is codex membranaceus, formae quadratae, tricenos ternos versus nitide scriptos singulis paginis continens, inde a folio 1 v. (nam 1 r. vacuum est) cum inscriptione INCIPIT ORTHOGRAPHA (quam vel ex Chorographia cum transpositione corruptam vel ex Honorii c. 51 perperam desumptam puto) nostrum opus usque ad fol. 13 v. plenum exhibet, ubi post TRIPERTITI statim a manu prima litteris rubris additum est INCIPIT ITINERARIV̄ PROVINTIARVM ANTONII AVGVSTI[1]). IN PRIMIS PROVINCIAE AFRICE (falsa tradunt Parthey et Pinder Itin. p. 1). Hunc librum adhibui non ut ex eo ducem meum, librum *V*, emendarem, sed ut alius quoque familiae (cf. p. 72, 18—21) codex legentibus ante oculos poneretur, quo suo quisque iudicio uteretur. Mihi quidem *L* nusquam fere melior, sed multis locis aliquam mutationem passus videtur. Summo in folio 1 v.

---

1) Hoc itinerarium, communem virorum doctorum usum secutus, ego quoque 'Antonini' dixi. At si consideras quae Parthey et Pinder ex codicibus tradunt, plerosque libros habere *Antonii Augusti*, alios nullum nomen, solum vero Scorialensem saec. VIII *Antonini Augusti*, atque ne cum quidem illud nomen exhibere nisi in inscriptione Itinerarii maritimi, quod ab altero illo diversum alio loco posuit: non possumus non suspicari, *Antonii* genuinam nominis formam esse, quam inde ortam puto quia in Aethici nostri qui dicitur, qui ante Itinerarium in sylloga positus est, praefatione *Antonii Caesaris* que nomina et *Augusti* consulatus cum terrae mensuratione coniunguntur. Quare cavendum erit abhinc, ne *Antonini* nomine abutamur ad aetatem Itinerarii definiendam. Quod nomen in Scorialensi e coniectura natum esse existimo, qua librarius aliquis qui Antonium non fuisse imperatorem probe sciebat, aptius nomen imperatorium restituere sibi visus est.

manu saec. XII vel XIII adscriptum est '*Descriptiones terrarum et aquarum a Romanis scripte*'. Ipse contuli.

Alios codices, quos permultos enumerant Carolus Pertz et Chr. Petersen, non duxi adhibendos. Qua re ne quis levitatis me incuset, tenendum est, huius Cosmographiae ipsius pretium esse levissimum, quippe cuius fontes hodie extent et in hac editione praesto sint omnibus. Satis igitur habeo librorum indicem hunc proferre. Eundem titulum quem in *V* legimus '*Cosmographia cum itinerariis suis et portibus et ex fastibus Romanorum et consulum nominibus et diversis, sine quo nemo prudentium esse potest*' exhibent hi libri: Vaticanus 1883 saec. XIV in., Rehdigeranus 63 saec. XV, (Vindobonensis suppl. 14 saec. XV) Hannoveranus Meibom. 107 saec. XV, Vindobonensis 3222 saec. XVI; porro Parisinus 4807 saec. IX ex. (cuius pars extat in museo Britannico bibl. Egerton. 268), Guelferbytanus misc. in quart. 61 saec. XV, Remensis K 755, 780 anni 1417, Monacensis Aug. Ies. 14 anni 1514, quos omnes ex *V* descriptos vel derivatos esse dicit Pertz p. 53 sqq., licet Parisinus 4807 quosque post eum enumeravi, p. 72 v. 18—21 omittant in eaque re cum *L* consentiant. Porro Ottobonianus 643 saec. XV et Venetus Marcianus 389 saec. XV breviorem habent titulum '*Incipit Cosmographia cum itinerariis suis*'. — A primo ad secundum ordinem ducimur inscriptione libri Parisini 4871 saec. XI fol. 142 '*Cosmographia hoc est descriptio orbis*' (testatur Bonnet)[1]); alius enim librorum ordo hoc insignis est titulo: '*Incipit situs et descriptio orbis terrarum.*' Huc pertinent Spirensis libri nunc deperditi (in quo et ipso ut in multis aliis Itinerarium Antonini post Cosmographiam erat) apographa Matritensis Q. 129 saec. [XIV—]XV, Laurentianus plutei 89 sup. 68 saec. XV[2]) Parisinus suppl. lat. 671 saec. XV, Monacensis 10291 saec. XVI med., Barberinus IX 26 olim 809 saec. XVI, Oxoniensis Canonicianus lat. misc. 378 anni 1436, Monacensis 794 (olim Victorianus 99) item anni 1436, Vindobonensis 3102 anni 1529 et 3103 saec. XVI, Venetus Marcianus X 88 saec. XV, Monacensis 947 saec. XVI, et Bonneto teste Parisinus 9661 saec. XV. His similis est Dresdensis D 182 saec. X, qui omittit titulum. De plerorumque quos dixi librorum titulo constat, incertorum eum titulum esse verisimile est. '*Descriptio totius mundi*' appellatur in codice Romano equitis de Rossi saec. XIV (Pertz p. 72).

---

1) Nec non Neapolitanus IV D 21 saec. XIV cuius hunc titulum exscripsi '*Incipit cosmographya id est mundi mappa*'.

2) Etiam in hoc libro p. 94, 25—95, 15 deesse vidi, ut et in Barberino 809.

Ii denique libri, qui ita Cosmographiam inscribunt '*Incipit Cosmographia Aethici*', sunt Parisinus 4808 saec. XII fol. 1, Berolinensis in fol. 359 saec. XII (ubi *Aettici* et in fine *Attici*), Vossianus Lugd. in fol. 60 saec. XIII in. Ex Parisino editiones inde a principe Simleri derivatae sunt. Utramque inscriptionem coniungit Parisinus 8253 a saec. XV, qui ut testatur Bonnetus ita habet '*Incipit cosmographia ethici vel descriptio mundi.*' Denique nescio quo errore '*Cosmigrafia Prisciani*' appellatur in Parisino 4126 saec. XIV. Nihil certi constat de Cantabrigiensi Trin. O IV 36 saec. XI, Oxoniensi Iunii 25 saec. VIII ex., Harleiano 3859 saec. X, Casanatensi A II 34 saec. XIV; initium deest in Parisino 4806 saec. X. Neque satis constat de Parisino 4840 saec. XV. '*Descriptio totius orbis tripertiti*' est in Monacensi 948 saec. XVI; de Neapolitano IV D 22 bis saec. XV cf. p. XXXIX. Haec rei ipsi sufficiant, plura cupientes Pertzii librum et Pinderi atque Partheyi ad Itineraria praefationem adeant.

Codex ille ex quo Expositio totius mundi et gentium a Iacobo Gothofredo Genevae apud Petrum Chouet anno 1628 edita est, periisse videtur: quem Divione extitisse nonnulli putaverunt. A Fr. Iureto accepit Salmasius [1]) qui ipse deinde libellum Gothofredo communicavit. Alterius recensionis codex Parisinus 7418 fol. 264 sqq. saeculi XIV a Carolo Mueller in Geographis gr. min. II p. 513 sqq. adhibitus multo melior atque integrior est quam Cavensis (Panormi scriptus? cf. c. 66), ex quo Angelus Maius primus eam recensionem edidit. Cavensis teste Maio *Bedam de temporibus* continet 'litteris Longobardicis paulo post saec. X exaratum'; sed 'Iuniorem philosophum' in calce codicis scriptum eodem tempore exaratum esse Maius non disertis verbis affirmat.

De Nominibus provinciarum omnium nil addendum habeo, nisi opusculum codice Veronensi saeculi VII quem p. XXXVII descripsi servatum esse a folio 254 r. ad folium 255 v., quod codicis totius est ultimum. Ubicumque collatio mea a Mommseniana discrepabat, quod paucis locis accidit, Augusti Luchs beneficio de codicis scriptura certior factus sum. In hoc et in proximis opusculis ubi opus erat a Seeckii editione recessi. De Nominibus provinciarum a Polemio Silvio servatis in adnotatione dixi. In Constantinopolitanae urbis notitia totus e Seeckio pendeo, nec non in Notitia Galliarum nisi quod in hac paullo etiam constantius quam ille optimos codices sequi studeo librumque *A* in universum

1) cf. Exercitt. Plin. p. 986 et 1299. Gothofredus in praef. ad Salmasium: 'e Iuretiano codice a te mihi peramanter communicata.'

meliorem puto quam quem ille praetulit librum *C*; qui recentiora (velut *ambiennensium* c. 6) passim profert. Nomina illarum civitatum quae sexto fere ineunte saeculo sedes episcoporum factae ac deinde in Notitiam interpolatae sunt, uncis inclusa addidi.

In Vibio Sequestri edendo maxime Conradi Bursiani editione (Turici a. 1867) usus sum, qui librum Vaticanum 4929 saeculi X (*V*) solum esse ducem sequendum intellexit. Raro cum illo *ω* i. e. codices recentiores adhibui.

Librum Generationis ex libro antiquissimo Parisino 10910 edidi, de quo cf. adnotatio[1]). Librum unde Canisius edidit (antiq. lect. II 155 sqq.) recentem neque magni pretii esse existimo, in quibusdam tamen cum eo 'Excerpta barbari' magis conspirant quam cum meo codice. Codices Bernensem 318 saec. IX, Harleianum 5251, Vaticanum Reginae 713, Vossianum quart. 5, Middlehillianum olim collegii Claramontani saec. VIII Mommsenus p. 586 sq. affert; in omnibus praeter Middlehillianum liber partem Fredegarii constituit. Sangallensem misc. 133 saec. VIII—IX Wuttke addit Aethici Histri p. CXXIII. Adnotandum etiam, quod a Bonneto comperi, in Parisino 7418 saeculi XIV extare '*Scarsum ex cronica Origenis. Diuisio terre et trium filiorum* (olim *foliorum*) *Noe.*'

---

1) Manus saeculi IX vel X in summa pag. 1 ita inscripsit: *Breuiarium scarpsum ex chronica Eusebii Hieronimi aliorumque auctorum a quodam adatio.* 'Idatio' legendum est. In re orthographica etsi barbara neglegentia confectus est codex, id tamen dispicere licet auctorem ipsum bonas scribendi rationes secutum esse (qui *y*, *th*, *rh* suis locis posuerit), pro *ph* autem ubique fere *f* atque adeo *Friges* scribere moris habuisse, fortasse passim etiam *e* pro *ae*. Ex eo libro primus sed non satis accurate edidit Labbaeus Biblioth. nova mss. I p. 298 sqq. cf. etiam Chronicon Paschale ed. Bonn. II p. 97—103, ex quo et ex Syncello, quos *Graecos* in adn. appellavi (cf. Muellenhoff Weltkarte p. 39 sqq.), liber hic illic emendari potest.

ADDENDA.

p. XIV, 2. Similiter iam Muellenhoff p. 3.

p. 2, 7 cf. Partsch p. 35.

p. 2, 14. DCXVIII *ut maritimi itineris longitudinem defendit Partsch p. 53.*

p. 3, 7. ἐμπόριον εἴκοσι καὶ ἄλλα εἴκοσι εἰς Ἔκνομον, πάλιν δὲ εἴκοσι εἰς Γέλαν ποταμόν, καὶ ἄλλα εἴκοσι εἰς Καμάριναν Partsch 55 bene coniecit.

p. 3, 9. ἑξήκοντα] τετταράκοντα id. ibidem.

p. 3, 16. πρὸς ἀρκτικὸν ἄκρον ἐννέα, καὶ εἴκοσι εἰς Ἱεράν, ἔνθεν . . . Στρογγύλης εἰς Εὐώνυμον idem p. 57. πρὸς ἀ. ἀ. ἐννέα, καὶ ἔνθεν τοσαῦτα εἰς Ἱεράν, ἔνθεν δ' εἰς Σικελίαν ἐννεακαίδεκα. ἐκ Λιπάρας δ' εἰς Εὐώνυμον δέκα, ἑκκαίδεκα δ' ἐκ τῆς Στρογγύλης conicio.

p. 3, 18. Παχύνου καὶ τῆς Καμαρίνας et 19 *μίλια ἑκατέρας ἀμφ. id. p. 58.*

p. 3, 27. cf. Plinius III 100.

p. 4, 3. Partsch p. 67 mecum facit.

p. 4, 6. CXXV] CCXXV *Partsch p. 66 ex Eratosthene ap. Strab. p. 475.*

p. 4, 10. XXV | LX *id. p. 70 ex frg. 14, 17, 29.*

p. 5, 6. DCCCCXX *ex Dicuile scribere debui.* — CCCCXVIII *Partsch p. 34.*

p. 5, 7: DLXXX *idem p. 29.*

p. 6, 11 sqq. cf. Partsch p. 7 qui numeros de sola Armenia intellegit.

p. 7, 20. Plinius IV 50: adde IV 46.

p. 7, 30. 700] ducenta *Partsch p. 66 cum Plinii codice R.*

p. 8, 26. Strabonem p. 169 ex Polybio (apud Plin. IV 119) hausisse dicit Partsch p. 60. Sed perperam: Polybius enim Gaditanam insulam XII milia longam esse, Strabo vero eam mensuram non sufficere dicit. Idem p. 283 μίλια enumerat trecenta sexaginta inter Romam atque Brundusium, ut Plinius II 244.

p. 9, 1. flumine Indo vel Sintho *conicio.*

p. 9 sqq. Nescio an addere necesse fuerit Dimens. 1 conferendam esse cum Agrippae fg. 32, Dim. 8 cum Agr. 18, Dim. 19 cum A. 21, Dim. 20 et 21 cum Agr. 23 et 4, D. 24 cum A. 3; porro Partschium

p. 5 praeter ea quae ipse p. 7 contuli inter se, etiam conferre Dim. 10[1]*. 12. 13. 16. 17. 27. 28 cum Plinio IV 58. 32. III 87. 80. 84. V 35. 48: quare Pliniana haec Agrippae vindicat. De Dim. 10, 16, 17, 27 negaverim, fortasse etiam de 13, similitudinem cum Plinio intercedere; quod ad 12 attinet, p. 7, 24 addere debui post Div. 12: 'cf. Dim. 12': et p. 7, 27 post Div. 20: 'cf. Dim. 28'. Reliqui Dimensurationis loci cum Plinio sive mavis cum Agrippa non conspirant.*

p. 9, 9. Mecum facit Partsch p. 4 cum numerum ex $\overline{\text{XIII}}$ XX *ortum esse dicit.*

p. 10, 21. decies centum milia *Dicuilem 1, 7, 2 habere addendum.*

p. 11, 17. ab oriente mari Siculo, ab occidente *Partsch p. 49.*

ib. 19. a Peloro usque ad Pachynum *ante (cur non post?)* in latitudinem *posuit Partsch p. 50; pro* 189 *idem p. 51 posuit* 159.

ib. 24. pro 349 *Partsch p. 39 posuit* 459 *ex Itinerariis.*

p. 12, 5. Protuciano] portu Titiano *vel* promontorio Mariano *Partsch p. 46. Pro* 130 *et* 20 *milibus idem* 160 *et* 70.

p. 12, 9. Sardinia ab oriente mari Tyrrhenico, ab occidente Corsica *recte coniecit Partsch p. 46.*

p. 12, 20 et 22. Verba 'et Aquitanica' *transpono post* 'Comata' *ib.* Coriente: *lege* oriente.

p. 12 vers. ult. lege Agrippa 4, *non* 23.

p. 13, 37: 536 *pro* 585 *Partsch p. 31 coniecit.*

p. 14, 10. Et hic et alibi Athlantico *scribere debui. Emendationem hic locus adhuc requirit.*

p. 15. DIVISIO ORBIS. Terrarum orbis dividitur*: ita iam scribendum puto cf. Dicuil. et Plinius III 3.*

p. 22, 3 adn. 'cf. p. 53' *lege* 'cf. p. 55.'

p. 23 adn. ad. v. 6: '6 XIII *C' delendum, dein scribendum est:* 6 provincias] oppida *R.* XXIIII *R sqq. dein:* '6 oppida LXI *C' sqq.*

p. 24, 2. acrostiches sint *conicio.*

p. 24, 4. legendum mare Asphaltites.

p. 24, 1. adn. dele '(*A*)'.

p. 25, 5 Bodia] *'Ημωδὰ ὄρη Scythiae (Ptol. VI 15 et 16) potius afferam quam Βουδινὸν ὄρος Sarmatiae.*

p. 25 B. pro '7 et 8' *lege* '7 et 25, 1'.

p. 26, 1. lege Seres magnum *C* (bizantium *supra scr. m. sec.*).

p. 26, 3. Salmasio non assentior; cogitandum de Κῶλι Indiae oppido Ptol. VII 2, 5.

p. 26, 5 Ostana *maris Persici insula geogr. Ravennas p. 390, 3 P.*

p. 26, 6. Ariduli: *num* Ariani?

p. 26, 11. Alexandria *prope Arbelam est, cf. Plin. VI 42.*

p. 26, 6. 'Rumi. Scythae' *sunt in tabula Peutingeriana.*

p. 27, 4. itomahis *in C nil nisi dittographiam esse nominis* Ptolomais *M. Bonnet perspexit. Idem p. 30, 2* quasi *delet ut dittographiam vocis* Caucaso.

---

1) cf. Partsch p. 66.

p. 30, 5; 6. comma post oppidum *ponendum, post* redacti *delendum. Libri C eas partes quae sunt p. 33, 1—35, 13 et 38, 11—48, 9 ed. m., in quibus eum non attuli, Bonnetus eo consilio perlegit, ut si quid gravius occurreret, adnotaret. Cuius haec notata affero. p.* 33, 4 lauuades 8 ebnissor 9 *sq.* lyconici *et* matronae *et* choite *et* martianae *et* emigauio 34, 2 *ante* apenius mons *repetuntur* illiricum-gaulo (*sed praemisso* . . habet prouincias nouem oppiđ montes), *ubi* linguinici *et* madronẹ cottidie marciane iubẹ emingaulo. Alpes *et* Pyrenaeus *desunt.* 34, 3 Marsus *deest, sed post* emmus *est* mal' mons. 4 Ispanias prouincias (*recte?*) 35, 4 *post* treuerorum *statim* augusta netaurinorum, *mediis omissis.* 8 Placentia *deest,* Sigịduno *et* Mursa *locum mutaverunt.* pagauione. 39, 1 et redeunt] ad mare redeunt 3 efficitur] efficiuntur duo 8 milia CCCCXVI 40, 5 longiones *et* langobardani tutungri sueui, *deinde* quandali *additum* 8 fypei langones 11 myrtilum *deest* 41, 9 epiros accaua. tracia archadia lidia (Asia — Bithynia *desunt*) 42, 4 amissos, *deinde* nimdos *additum,* comani 6 edarnasos 43, 7 CCXI 15 CCCV 16 Fluuius eorsas 44, 5 Fluuius rogudus nascitur de monte tauro influit in mare sicicladacum currit milia DCCC XCVII. Fluuius sirus . . in mare atriatico. *locus turbatissimus.* 45, 5 asdruhel 46, 10 luci debrea 48, 5 tibursicum *et postea* midorum. —

p. 36, 4. paramum] Pyrenaẹum *Is. Vossius Melae p. 527 ed. Gronov.*

p. 37, 8. Arelate inmergunt *legendum censeo;* mittunt *glossema puto ad* inmergunt.

p. 38, 5. scribe CCVIIII. *typotheta erravit.*

p. 38, 7. Geobonna: *an* Sigunna? *i. e. Sequana* (*geogr. Rav. p. 236, 3*).

p. 41. 3. Cypros Paphum: *cf. Isidorus or. XIV 6, 14* 'Cypros a ciuitate Cypro . . . ipsa est et Paphos'.

p. 40, 6 adn. lege Muell. p. 8, non 11.

p. 42, 1 adn. Quae oppidin in *S.*

ib. 3 lege biariantiũ *S.*

p. 43, 2 adn. lege: '2 *fortasse* Candavia' (condiagarum *C*) *ib. 10* manis *C.*

ib. 12 lege influit. *ib.* themson *C.*

ib. 16 eorsas *C.*

p. 44, 7. Adriaticum*: an* Carpathium?

p. 44, 9. Ida: *utique cum Dicuile* Oeta *legendum.*

p. 45, 11. Futtui: Otio Scythae *tabula Peutingeriana.*

p. 46, 10. Luci (Lucri *S*)*: lacum Lucrinum intellege cum Hermanno Hagen. deinde* Capri *iam legendum.*

p. 48, 13. miscent se: Nilus illi (*vel* illis) congeminatur *conicio.*

p. 48, B 4. ab eo lacu *Aethicus, recte?*

p. 52, B 4. ethiopiam *S* 11 oppiddum *sed correctum S.*

p. 53, B 5. mauritania *C.*

p. 56 sqq. Orosii cosmographiam nuperrime in Commentationibus philologis in honorem Th. Mommsenii conscriptis p. 715 sqq. edidit Zangemeister, qui si orthographica quaedam addis (velut quod scribit haud, Tyrrhenus, Carthago, mare Nostrum, promunturium, septentrio, Danuuius, Suebi, Africus) *hisce pauculis alia exhibet atque ego: p.* 56, 2 triquetrum 57, 7 Parethonion | *ib.* hoc mare, 58, 6 XLIIII; *ib.* 14 *et* 20 59, 9 62, 10

numeri non litterae (*recte*); 58, 10 Aracosia, 59, 2 Dacusa 6 extenditur Syria, *quae* generaliter nominatur 59, 17 a meridie, 61, 3 Carras 4 Carris; 61. 5; 7 Cathippi 10 Paropamisadae *(id quidem non recte)* 12 Passiadras 13 Chrysorrhoas 62, 11 *cum vulgata facit* 14 *Incipit* a montibus 16 occasu *descendens*, deinde 63, 5 siti *om.* (*sed cf.* 69, 11), 64, 25 Gallaeciae *ib.* pharum, 65, 2 angulus eius 16 Menapios 20 Tyle, 66, 12 ex oceano oritur 14 fecit 16 hoc est 67, 1 Parethonio 2; 9 Philenorum 12 Getulos Nathabres 16 Hadrumetus 17 Hippos, 68, 1 Mauretaniae 4 ad 7 Avenae — Calpes 11 universus, 69. 5 Hae 17 freto 21 et a borea, 70, 8 Tarraconem — Barcilonem in sept. 9 Ebusus. —

p. 61, 8. Oscobares *cf.* Ἐστόβαρα *oppidum Bactrianae apud Ptol.* VI. 11 9; *sed etiam* fontem Scoborem *Mesopotamiae et* Scobaru *Indiae*, *porro* Catippa *et* Catispi *prope Taurum et* Calippe *Indiae*, Sapham *(Saphrim?) ad Taurum aliudque Mesopotamiae: haec omnia in tabula Peutingeriana.*

p. 61, 13. Imauus: *iam Strabo XI p. 519* Ἴμαιον *appellat*, Imeum *tab. Peut.*

p. 99, 23. inigmadae *V. fortasse* iniquitate?

p. 102, 1. CLXXIIII] CLXXXVII *Partsch p. 50 ex codice Leidensi praefert.*

p. 106 sqq. Nescio quo errore C. Muelleri coniecturae quas dedi ad p. 106, 1; 3. 109, 6. 110, 9. 112, 3. 113, 8, *et Gronovii* 114, 11 *in alteram adnotationem delatae sint, cum ad priorem pertineant.*

p. 129, 6 scr. Rhenum.

p. 160—170. Liber Generationis, *quem in universum secundum librum P edere studui, in nonnullis tamen e Syncelli aliorumve Graecorum (cf. Muellenhoff, Weltkarte p. 39 sqq.) cum 'Excerptis barbari' consensu emendari potest. Quorum quae in editione omisi, haec fere sunt: scribe p.* 161, 10 *fortasse* Tyrii (*cf. p.* 169, 6—9); Citii | 161, 18 *adn.* Carchedonii autem Tyrii peregrini | 162, 3 Hellenes *delendum?* | 164. 1 Aggei, Gangini (*cf. p.* 68, 4) Sabini | 164, 6: *c. 14 post* 17 *ponendum (Ex, Syncellus, alii)*: communes *i. e. inter Cham et Iafeth* | 169, 19; 20 contra] ultra. —

M. VIPSANI AGRIPPAE FRAGMENTA AD CHOROGRAPHIAM SPECTANTIA.

a Agrippam quidem in tanta viri diligentia praeterque in hoc opere cura, cum orbem terrarum orbi spectandum propositurus esset, errasse quis credat? et cum eo divum Augustum? Is namque conplexam eum porticum ex destinatione et commentariis M. Agrippae a sorore eius inchoatam peregit.

b Primo fuit a litore stadios X, et maritimum etiam Vipsania porticus habet, . . . nunc abesse a litore $\overline{\text{CXX}}$ . . adfirmant.

c *Πλεῖστον ἡ θάλαττα γεωγραφεῖ καὶ σχηματίζει τὴν γῆν, κόλπους ἀπεργαζομένη καὶ πελάγη καὶ πορθμούς, ὁμοίως δὲ ἰσθμοὺς καὶ χερρονήσους καὶ ἄκρας· προσλαμβάνουσι δὲ ταύτῃ καὶ οἱ ποταμοὶ καὶ τὰ ὄρη. Διὰ γὰρ τῶν τοιούτων ἤπειροί τε καὶ ἔθνη καὶ πόλεων θέσεις εὐφυεῖς ἐνενοήθησαν καὶ τἆλλα ποικίλματα, ὅσων μεστός ἐστιν ὁ χωρογραφικὸς πίναξ. Ἐν δὲ τούτοις καὶ τὸ τῶν νήσων πλῆθός ἐστι κατεσπαρμένον ἔν τε τοῖς πελάγεσι καὶ κατὰ τὴν παραλίαν πᾶσαν.*

1 Orbis dividitur tribus nominibus: Europa, Asia, Libya

E Detlefseni apparatu critico adiciam pleraque.

a. *Plinius Nat. hist. III 17, qui Agrippam inter librorum III IV V VI auctores enumerat* | 2. orbi *A (Vossianus fol. 4 saec. IX), C (alterius codicum ordinis libri).* urbi *edd.* | 4. cum *cod. saec. XIII.* eam *AC.*

b. *Plinius VI 139.* fuit *sc. Spasinu Charax.* — 6. primo *E (Parisinus 6795)* prius *rell.* | 6. et *E, om. rell.* | Vipsania *Urlichs* iupsanda *E* uipsanda *rell.*

c. *Strabo II p. 120.*

1. *Divisio orbis (vide p. 15) init. et ex ea Dicuili praef.* 16. Terrarum orbis tribus dividitur *Dic.*

vel Africa. Quem divus Augustus primus omnium per chorographiam ostendit.

2 Oram eam in universum originis Poenorum existimavit M. Agrippa.

3 Longitudinem universam eius prodidit M. Agrippa CCCCLXXV p., latitudinem CCLVIII, sed cum termini Carthaginem usque procederent.

4 Longitudinem provinciae Narbonensis CCCLXX p. Agrippa tradit, latitudinem CCXLVIII.

5 *Μῆκος δὲ τῆς νήσου φησὶν ὁ χωρογράφος μίλια ἑκατὸν ἑξήκοντα, πλάτος δὲ ἑβδομήκοντα· Σαρδόνος δὲ μῆκος διακόσια εἴκοσι, πλάτος δὲ ἐνενήκοντα ὀκτώ.*

6 *Ἀπό τε τῆς Λιβύης τὸ ἐγγυτάτω δίαρμά φησιν ὁ χωρογράφος εἰς τὴν Σαρδὼ μίλια † τριακόσια.*

7 Circuitu patens, ut auctor est Agrippa, † DCXVIII p.

8 *Ἐν δὲ τῇ χωρογραφίᾳ μείζω λέγεται τὰ διαστήματα κατὰ μέρος διῃρημένα μιλιασμῷ· ἐκ μὲν Πελωριάδος εἰς Μύλας εἴκοσι πέντε· τοσαῦτα δὲ καὶ ἐκ Μυλῶν εἰς Τυνδαρίδα· εἶτα εἰς Ἀγάθυρ-*

---

1. vel Africa *om. Dic.* | 1. que *Div.* quem *Dic.* | 1. cronografiam *Div.* chorografiam *Dic.* — *Hinc desumpsit Annius Viterbiensis ista quae pro genuinis vendidit:* Itinerarii Antonini Pii fragmenta. Divus Augustus quamvis totum orbem recte diviserit ubi ait: Orbis totus dividitur in partes tris, Europam Africam et Asiam, quae fere est dupla ad quamlibet duarum, in descriptione tamen locorum orbis multa loca memoratu digna siluit *sqq. cf. Itineraria ed. Parthey et Pinder p. 259. Apparet Annium codice usum esse qui Itinerarium Antonini et Dicuilem continebat.*

2. *Plinius III 8.* 3. eam *i. e. Baeticae.*

3. *Plin. III 16.* 4. eius: *Baeticae. Inde Martianus Capella VI p. 212 E.:* 'tenditur autem per longitudinem, quantum Agrippa dinumerat, milibus quadringentis septuaginta quinque, latitudine ducentis viginti quattuor (*sic*), cum fines Carthaginem usque protenderet. quae opinio Agrippae non exiguum admittit errorem.' (Baeticae . . nunc latitudo . . CCXXXIIII p. *Plinius III* 17.)

4. *Plin. III 37. — Inde Martianus Cap. VI p. 213:* 'Narbonensis provincia . . cuius longitudo, sicut Agrippa dimensus, trecenta septuaginta milia passuum, latitudo autem ducenta quadraginta octo.' *Dicuil 1, 2, 2:* . . . 'Iuxta Plinium Secundum in eodem longitudinem provinciae Narbonensis CCCLXX Agrippa tradidit, latitudinem CCCXLVIII' *(sic).*

5. *Strab. V p. 224 C.* 9 *τῆς νήσου i. e. Corsicae.*

6. *Strab. V p. 225. — διακόσια Gossellinus, cf. Plin. III 84. τριακόσια vulgo*

7. *Plin. III 86. — de Sicilia loquitur* | *Dicuil 8, 2, 1:* 'Plinius Secundus . . . . dicit in quarto libro: Sicilia . . . . circuitu patens, ut auctor est Agrippa, m. p. DCXVIII.' | DXXVIII *ci. Detlefsen coll.* § 87, *in qua tamen numeri corrupti esse videntur.* DCXVIII *codd.*

8. *Strab. VI p. 266.* 15. *τὰ διαστήματα*: *Siciliae ambitum dicit.*

νον τριάκοντα· καὶ τὰ ἴσα εἰς Ἅλαισαν· καὶ πάλιν ἴσα εἰς Κεφαλοίδιον· ταῦτα μὲν πολίχνια· εἰς δ' Ἱμέραν ποταμὸν δεκαοκτὼ διὰ μέσης ῥέοντα τῆς Σικελίας· εἶτ' εἰς Πάνορμον τριάκοντα πέντε· δύο δὲ καὶ τριάκοντα εἰς τὸ τῶν Αἰγεσταίων ἐμπόριον· λοιπὰ δὲ εἰς Λιλύβαιον τριάκοντα ὀκτώ. ἐντεῦθεν δὲ κάμψαντι ἐπὶ τὸ συνεχὲς πλευρὸν εἰς μὲν τὸ Ἡράκλειον ἑβδομήκοντα πέντε, ἐπὶ δὲ τὸ Ἀκραγαντίνων ἐμπόριον εἴκοσι, . . . καὶ ἄλλα εἴκοσιν εἰς Καμάριναν· εἶτ' ἐπὶ Πάχυνον πεντήκοντα· ἔνθεν πάλιν κατὰ τὸ τρίτον πλευρὸν εἰς μὲν Συρακούσσας τριάκοντα ἕξ, εἰς δὲ Κατάνην ἑξήκοντα. εἶτ' εἰς Ταυρομένιον τριάκοντα τρία· εἶτ' εἰς Μεσσήνην τριάκοντα· πεζῇ δὲ ἐκ μὲν Παχύνου εἰς Πελωριάδα ἑκατὸν ἑξήκοντα ὀκτώ, ἐκ δὲ Μεσσήνης εἰς Λιλύβαιον τῇ Οὐαλερίᾳ ὁδῷ διακόσια τριάκοντα πέντε.

9 Ἀπὸ μὲν οὖν Ἐρικώδους εἰς Φοινικώδη δέκα μίλιά φησιν ὁ χωρογράφος, ἔνθεν δ' εἰς Διδύμην τριάκοντα, ἔνθεν δ' εἰς Λιπάραν πρὸς ἄρκτον ἐννέα καὶ εἴκοσιν, ἔνθεν δ' εἰς Σικελίαν ἐννεακαίδεκα· ἑκκαίδεκα δ' ἐκ τῆς Στρογγύλης. πρόκειται δὲ τοῦ Παχύνου Μελίτη [ὅθεν τὰ κυνίδια ἃ καλοῦσι Μελιταῖα] καὶ Γαῦδος, ὀγδοήκοντα καὶ ὀκτὼ μίλια τῆς ἄκρας ἀμφότεραι διέχουσαι. Κόσσουρα δὲ πρὸ τοῦ Λιλυβαίου καὶ πρὸ τῆς Ἀσπίδος Καρχηδονιακῆς πόλεως ἣν Κλυπέαν καλοῦσι, μέση ἀμφοῖν κειμένη καὶ τὸ λεχθὲν διάστημα ἀφ' ἑκατέρας ἀπέχουσα· καὶ ἡ Αἰγίμουρος δὲ πρὸ τῆς Σικελίας καὶ τῆς Λιβύης ἐστὶ καὶ ἄλλα μικρὰ νησίδια.

10 Ipsum a Caulone abesse LXX prodit Agrippa.

11 Αὐτὸς δ' ὁ κόλπος ἔχει περίπλουν ἀξιόλογον μιλίων διακοσίων τετταράκοντα, ὡς ὁ χωρογράφος φησί.

12 Φησὶ δ' ὁ χωρογράφος τὰ ἀπὸ τοῦ Βρεντεσίου μέχρι Γαργάνου μιλίων ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε . . . ἐντεῦθεν δ' εἰς Ἀγκῶνα διακόσια πεντήκοντα τέτταρα μίλιά φησιν ἐκεῖνος.

13 Illyrici latitudo, qua maxima est, CCCXXV p. colligit, longitudo a flumine Arsia ad flumen Drinium DXXX, a Drinio ad promunturium

---

7. *καὶ ἄλλα εἴκοσιν] καὶ πεντήκοντα εἰς Γέλαν καὶ ἄλλα εἴκοσιν conicio* | 9. *ἑξήκοντα: an πεντήκοντα?* | 10. *τριάκοντα] καὶ ἔτι εἰς τὴν Πελωριάδα ἐννέα addit Groskurdius* | 12. *διακόσια add. Coraës.*

9. *Strab. VI p. 277.* 16 *ἄρκτον] ἀρκτικὴν ἄκρον Groskurd.*

10. *Plin. III 96.* 24. Ipsum, *i. e. promunturium Lacinium.*

11. *Strab. VI p. 261.* 25. *ὁ κόλπος, i. e. sinus Tarentinus, cui CCL p. Plinius III 99 tribuit.*

12. *Strab. VI p. 285.*

13. *Plin. III 150* | 31. drinium *codd.; sed* Dirino § *144* | 31. drinio *vel* trinio *codd.* | *p. 4, 1* CLXXII *E* | 2. XIIII *codd. nonnulli.*

Acroceraunium $\overline{CLXXV}$ Agrippa prodidit, universum autem sinum Italiae et Illyrici ambitu |$\overline{XVII}$|.

14 Ab Histri ostio ad os Ponti passuum $\overline{D}$ alii fecere; Agrippa $\overline{LX}$ adiecit.

15 Ipsa abest promunturio suo, quod vocatur Criumetopon, ut prodit Agrippa, a Cyrenarum promunturio Phycunte CXXV, item Cadisto a Malea Peloponnesi $\overline{LXXX}$, a Carpatho insula promunturio Samonio $\overline{LX}$ in favonium ventum.

16 Circuitu vero totius Ponti . . . Artemidorus vicies semel et decem novem milia facit, Agrippa |$\overline{XXIII}$ $\overline{LX}$.

17 Agrippa a Byzantio ad flumen Histrum $\overline{DLX}$, inde Panticapaeum $\overline{DCXXXV}$.

18 Agrippa totum eum tractum ab Histro ad oceanum bis ad decies centum milium passuum in longitudinem, quattuor milibus quadringentis in latitudinem, ad flumen Vistlam a desertis Sarmatiae prodidit.

19 Dromos Achilleos, cuius longitudinem $\overline{LXXX}$ tradidit Agrippa.

20 Sarmatiae, Scythiae, Tauricae omnisque a Borysthene amne tractus longitudo $\overline{DCCCC}$ $\overline{LXXX}$, latitudo $\overline{DCCXVI}$ a M. Agrippa tradita est.

21 Graeci et quidam nostri |$\overline{XXV}$| oram Germaniae tradiderunt, Agrippa cum Raetia et Norico longitudinem DCLXXXVI, latitudinem CCXLVIII, . .

---

14. *Plin. IV 45.* 3. D. ali *vel* D. alii *codd., nisi quod* $\overline{DLII}$ *A* E^2 *Ego illos sequor coll. frg. 17 et Varrone ap. Plinium IV 78.*

15. *Plin. IV 60.* 5. Ipsa, *i. e. Creta* | 7. meleo *nonnulli* | 7. $\overline{LXXV}$ *E*, $\overline{LXXX}$ *A*, $\overline{LXX}$ *rell.*

16. *Plin. IV 77.* 9 'vicies novies decem novem' *Muellenhoff Herm. IX 189 ; 1 cod.* uicies semel ut nouies decim nouem milia *codd.*

17. *Plin IV 78. — cf. frg. 14* | 12. DCX *et* $\overline{DCXXXX}$ *(coll. IV 44) Muellenhoff Herm. IX 188.* 'DCXXXV in' *codd.*

18. *Plin. IV 81.* 15 uistia *D (Vaticanus 3861) E F* (*Leidensis Lipsii*) — *Dicuil 1, 7, 2:* 'Iuxta Plinium Secundum in secundo [*sic*] Agrippa totum eum tractum ab Histro ad oceanum bis decies centum mil. passuum in longitudine, quattuor CCCC millibus in latitudine ad flumen Huistla a desertis Sarmatiae prodidit.' | — 19. *Plin. IV 83.*

20. *Plin. IV 91.* 18. DCCXVII *multi codd.* | 18. *sine Agrippae nomine Divisio 15 et Dicuil 1, 8, 1:* 'Sarmatia, Scythia, Taurica . . . longitudo m. p. DCCCC LXXX, latitudo DCCXV.' *cf. et Dimens. 9.*

21. *Plin. IV 98.* 19. $\overline{XXV}$ *codd.* | 20. $\overline{DCXXXVI}$ *A. — Plinius addit:* Raetiae prope unius maiore latitudine, sane circa excessum eius subactae: nam Germania multis postea annis nec tota percognita est. Si coniectare permittitur, haud multum ora deerit Graecorum opinioni et longitudini ab Agrippa proditae.

Agrippa longitudinem DCCC esse, latitudinem CCC credit; eandem Hiberniae, sed longitudinem CC minorem. 22

Gallia omnis Comata . . . . universam oram | XVII | L Agrippa, Galliarum inter Rhenum et Pyrenaeum atque oceanum ac montes Cebennam et Iures (quibus Narbonensem Galliam excludit) longitudinem CCCCXX, latitudinem CCCXVIII computavit. 23

Lusitaniam cum Asturia et Gallaecia patere longitudine DXL, latitudine DXXXVI Agrippa prodidit. 24

Polybius . . prodidit a monte eo *(Atlante)* ad occasum versus saltus plenos feris, quas generat Africa, ad flumen Anatim CCCCLXXXXVI. Ab eo Lixum CCV Agrippa, Lixum a Gaditano freto CXII abesse; inde sinum qui vocetur Sagigi, oppidum in promunturio Mulelacha, flumina Sububam et Salat, portum Rutubis a Lixo CCXXIIII, inde promunturium Solis, portum Rhysaddir, Gaetulos Autololes, flumen Quosenum, gentem Velatitos et Masatos, flumen Masathat, flumen Darat, in quo crocodilos gigni. dein sinum DCXVI includi montis Bracae promunturio excurrente in occasum, quod appelletur Surrentium. postea flumen Salsum, ultra quod Aethiopas Perorsos, quorum a tergo Pharusios. his iungi *in* mediterraneo Gaetulos Daras, at in ora Aethiopas Daratitas, flumen Bambotum crocodilis et hippopotamis refertum. ab eo montes perpetuos usque ad eum quem Theon Ochema dicemus. inde ad promunturium Hesperium navigatione dierum ac noctium decem. In medio eo spatio Atlantem locavit, a ceteris omnibus in extremis Mauretaniae proditum. 25

Agrippa totius Africae a mari Atlantico cum inferiore Aegypto | XXX | longitudinem . . . 26

---

22. *Plin. IV 102.* 1. longitudinem *sc. Britanniae.* |

23. *Plin. IV 105.* 3. XVII. L *AE.* XVIII *DR* (*Riccardianus*) XVII *F.* | 6. DCCCCXX *et* CCCVIII *Plin. ap. Dicuil 1, 2, 1.*

24. *Plin. IV 118.*

25. *Plin. V 9—10.* 11. Ab eo, *i. e flumine Anati* | 12. inde, *i. e. a Lixo: unde efficitur totum locum ex Agrippa, non ut plerique putant ex Polybio desumptum esse neque hic tam barbara nominum forma usquam utitur. Orae maritimae describuntur etiam fg. 2 et 31. Et sane* Σολόεις *non a Polybio homine Graeco sed ab Romano tantum* 'Sōlis promunturium' *intellegi poterat; quod postea* Ἡλίου ὄρος *Graece rursus vertit Ptol. IV 1, 3. Post Salat illa* 'Anatis fluvius a Lixo CCV' *repetere Plinius noluit* | 12. sagici *nonnulli* | 14. risardir *vel similia, nonnulli* | 15. Autoteles *codd. corr. Sillig* | 15. quosenum *AE*² uosenum *alii* | 15. selatitos *multi; sequor A* | 15. mesatos *R* | 17. breacae *similia nonnulli* | 19. parusios *A, plerique* | in *add. Ian.* | 20. bombothum *A*, baubothum *sim alii* | 22. hesperum *A, plerique; recte E.*

26. *Plin. V 49.*

27 Agrippa a Pelusio Arsinoën Rubri maris oppidum per deserta CXXV p. tradit.

28 In duas eam partes Agrippa divisit: unam inclusit ab oriente Phrygia et Lycaonia, ab occidente Aegaeo mari, a meridie Aegyptio, a septentrione Paphlagonia; huius longitudinem CCCCLXX, latitudinem CCCXX fecit. Alteram determinavit ab oriente Armenia minore, ab occidente Phrygia, Lycaonia, Pamphylia, a septentrione provincia Pontica, a meridie mari Pamphylio, longam DLXXV, latam CCCXXV.

29 Agrippa a Calchedone ad Phasim |X|, inde Bosporum Cimmerium CCCLX.

30 Agrippa Caspium mare gentesque quae circa sunt et cum his Armeniam determinatas ab oriente oceano Serico, ab occidente Caucasi iugis, a meridie Tauri, a septentrione oceano Scythico, patere qua cognitum est CCCCLXXX in longitudinem, in latitudinem CCXC prodidit.

31 Oram omnem a Caso praealtis rupibus accessu carere per CCCCXXV p. auctor est Agrippa.

32 Agrippa longitudinis |XXXIII|, latitudinis |XXIII| prodidit.

33 . . . . de quo dicemus exposita prius M. Agrippae sententia. Namque is Mediam et Parthiam et Persidem ab oriente Indo, ab occidente Tigri, a septentrione Tauro Caucaso, a meridie Rubro mari terminatas patere in longitudinem |XIII| XX p., in latitudinem DCCCXL prodidit: praeterea per se Mesopotamiam ab oriente Tigri, ab occasu Euphrate, a septentrione Tauro, a meridie mari Persico inclusam, longitudine DCCC p., latitudine CCCLX.

34 Agrippa |XVII| XXII sine differentia laterum . . . .

---

27. *Plin. V 65. — Sic et Herodotus IV 41 metitur* χιλίους σταδίους.

28. *Plin. V 102.* 3. eam, *i. e. Asiam.* | *Dicuil 2, 1, 3:* 'Iuxta Plinium Secundum in quinto: Et quae proprie vocatur Asia, in duas eam partes Agrippa divisit. *reliqua eisdem verbis atque Plinius, nisi quod* a meridie — Paphlagonia *omittit, et in fine habet*: longitudinem DLXXV m. p., latitudinem CCCXXV.'

29. *Plin. VI 3. — cf. et Eratosthenes ap. Strabonem II p. 91* | 9. calchadone *fere codd., Detlefsen* | 9. bosporum *sic codd.*

30. *Plin. VI 37.* 12. perico *mss., sed cf. Dicuil 1, 8, 2* | 13. scythycos latere *codd.*

31. *Plin. VI 39.* 15. Oram, *sc. maris Caspii* | 15. a casu *codd.* | 15. gargre *codd.*

32. *Plin. VI 57.* 17. longitudinis *sc. Indiae* | XXIII *cod. unus,* XIII *reliqui.*

33. *Plin. VI 137.*

34. *Plin. VI 164.* 25. Agrippa *sc. sinum Arabicum in longitudinem taxavit.* 25. XVII. XXXII *E, sed reliqui* XVII. XXII.

Aethiopum terram universam cum mari Rubro patere in longitudinem |XXI| LXX p., in latitudinem cum superiore Aegypto |XII| XCVI Agrippa existimavit. 35

Agrippa hoc idem intervallum a freto Gaditano ad sinum Issicum per longitudinem directam |XXXIIII| XL taxat, in quo haud scio an sit error numeri, quoniam idem a Siculo freto Alexandriam cursus |XIII| L tradidit. Universus autem circuitus per sinus dictos ab eodem exordio colligit ad Maeotim lacum |CL| VIIII. 36

In Cyrenaica eius parte DCCCCX eam fecit Agrippa, deserta eius ad Garamantas usque, qua noscebantur, complectens: universa mensura quae veniet in computationem |XLVI| VIII efficit. Asiae longitudo in confesso est |LX| III DCCL, latitudo sane computetur ab Aethiopico mari Alexandriam iuxta Nilum sitam, ut per Meroën et Syenen mensura currat, |XVIII| LXXV. 37

Praeterea mensuras multas sine auctoris nomine prolatas Plinius ex Agrippa hausisse videtur, quarum (ne inania proferam) eas tantum fere commemorabo quae cum Dimensuratione, vel cum Divisione orbis congruunt, velut mensuram Italiae inter Varum et Arsiam quadringentorum decem milium (Plin. III 43; CCCCXX Divisio c. 9); Macedoniae Thraciae Hellesponti (longitudo 720 m. p.: Plinius IV 50 et Dim. 11 et Divisionem orbis qui exscripsit Dicuil 1, 6, 1; 820 m. p. errore calami habet codex Divisionis c. 13; sed latitudo: m. p. 384 Plinius, 381 Div., 332 Dim.), et quas item iungunt Epiri Achaiae Atticae Thessaliae (longitudo m. p. CCCCXV Plin. IV 32, CCCCX Div. 12); porro Syriae cum Babylonia (470 et 175 milia Plinius V 67 nec non Divisio 19; Dimensuratio 4 habet 370 et 175). Aegypti inferioris longitudinem m. p. CXLVI Plinius V 48, sed CLXVII Divisio 20 exhibent. Africam cum Numidia et Plinius V 25 et Div. 25 milia 580 longam et 200 latam aestimant (480 milia et 300: Dim. 26). Cyclades et Sporades 700 et 200 m. p. a Plinio IV 71, 500 et 200 in Dim. c. 7 et ab Orosio narrantur extendi. In Mauretaniae latitudine definienda Plinius V 21, Dim. 25, Div. 26 vix paucis discrepant.

---

35. *Plin. VI. 196. — Dicuil 4, 1, 2 haec habet:* ‘iuxta Plinium Secundum in eodem longitudinem Aegypti superioris cum sua Aethiopia C decies et quater et semel LXX pass., latitudinem Aethiopiae et Aegypti superioris DCCCCLVII passuum Agrippa existimavit.‘ | 2. XII. XCVI *sic E, sed* XII. XCVII *R*, XI. XCVII *DF*.

36. *Plin. VI 207.* 5. XXXXIIII. XL *E* | 7. XII. L *E* | 8. ad *E*, intra *rell* | CLIII *E*, CLVIIII *rell.*; | CLV | VIIII *Detlefsen ex IV 78.*

37. *Plin. VI 209.* 9. eius *i. e. Africae* | In] a *R.* | 11. comparationem *plerique* | 12. LX. III. DCCL *E*, LXIII. DCCL *DF*, LXIII. DCC *R*, *emend. Detlefsen.*

Cyprus pariter in Dim. 5 et ab Orosio, sed aliter atque a Plinio V 129 describitur. Haec fere sunt, quae per litterarum corruptelas dispicere licet; ultra progredi in subtiliora non audeo. Porro Strabo ex χωρογράφῳ *suo sumpsisse videtur distantias hasce per* μίλια *expressas:* ἔνθεν *(a finibus Hiberiae)* μὲν εἰς Νάρβωνα μίλια ἑξήκοντα τρία, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Νέμαυσον ὀγδοήκοντα ὀκτώ, ἐκ Νεμαύσου δὲ διὰ Οὐγέρνου καὶ Ταρούσκωνος εἰς τὰ θερμὰ ὕδατα τὰ Σέξτια καλούμενα . . πεντήκοντα τρία, ἐντεῦθεν δὲ εἰς Ἀντίπολιν καὶ τὸν Οὐᾶρον ποταμὸν ἑβδομήκοντα τρία, ὥστε τὰ σύμπαντα γίνεται μίλια διακόσια ἑβδομήκοντα ἑπτά . . . *(sequuntur quibus* ἔνιοι *stadiis mensuras exhibuerint)* . . κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν ὁδὸν τὴν διὰ Οὐοκοντίων καὶ τῆς Κοττίου μέχρι μὲν Οὐγέρνου καὶ Ταρούσκωνος κοινὴ ὁδὸς ἡ ἀπὸ Νεμαύσου, ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ μὲν τοὺς Οὐοκοντίων ὅρους καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀναβάσεως τῶν Ἄλπεων διὰ Δρουεντία καὶ Καβαλλίωνος μίλια ἑξήκοντα τρία· πάλιν δ᾽ ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς ἑτέρους ὅρους τῶν Οὐοκοντίων πρὸς τὴν Κοττίου μίλια ἑκατὸν ἑνὸς δέοντα ἐπ᾽ Ἐβρόδουνον κώμην· εἶτ᾽ ἄλλα τοσαῦτα διὰ Βριγαντίου κώμης καὶ Σκιγγομάγου καὶ τῆς τῶν Ἄλπεων ὑπερθέσεως ἐπὶ Ὤκελον, τὸ πέρας τῆς Κοττίου γῆς· ἡ ἀπὸ Σκιγγομάγου δὲ ἤδη Ἰταλία λέγεται· ἔστι δὲ ἐνθένδε ἐπὶ Ὤκελον μίλια εἰκοσιοκτώ *(Strabo IV p. 178), quibus haec adiungo V p. 217 extantia:* ὑπὲρ δὲ Πλακεντίας ἐπὶ μὲν τοὺς ὅρους τῆς Κοττίου γῆς Τικῖνον ἐν τριάκοντα ἓξ μιλίοις πόλις . . . ἡ δ᾽ εὐθεῖα εἰς Ὤκελον παρὰ τὸν Πάδον καὶ τὸν Δουρίαν ποταμὸν βαραθρώδης ἡ πολλὴ . . . μιλίων ἐστὶ περὶ [ἑκατὸν] ἑξήκοντα. ἐντεῦθεν δὲ ἤδη τὰ Ἄλπεια ὄρη καὶ ἡ Κελτική. *Sed quae Strabo p. 169 et 230* μιλίοις *expressa habet, ea non ex chorographo hausit, quod demonstrare longum est; p. 285 partem in fg. 12 omissam e Polybio sumpsit; p. 322 viam Egnatiam miliariis instructam ab Apollonia ad Hebrum fluvium 335 milium passuum esse dicit, cuius priori usque ad Thessalonicen parti cum p. 323 disertis verbis dicat a Polybio 267* μίλια *tribui, cetera quoque ad eundem redire videntur. — Denique breviter monendum est, ne quis undecim Italiae regionum descriptionem a divo Augusto factam, quam Plinius III 46—138 excerpsit, cum Agrippae opere coniungendam quacunque ratione putet: id quod cum multis rebus tum eo prohibetur quod cum Agrippae sive* χωρογράφου *fragmento 12 prorsus ille discrepat apud Plin. III 103 'promunturium apud montis Gargani a Sallentino sive Iapygio CCXXXIIII' et 111 'colonia Ancona a Gargano CLXXXIII.' —*

[HIERONYMI PRESBYTERI] DIMENSURATIO PROVINCIARUM.

India ulterior finitur ab oriente oceano Eoo, ab occidente flumine 1
Indo, a septentrione monte Tauro, a meridie oceano † Syrico. Cuius spatia patent in longitudine milia passuum XXX et CCC, in latitudine milia passuum XL et CC. Ganges flumen ibi est et regio, ubi piper nascitur et elefanti, dracones, sphinges, psittaci.

Media, Parthia, Ariana, Carmania, Persida finiuntur ab oriente 2
flumine Indo, ab occidente Mesopotamia, a septentrione monte Tauro, a meridie mari Persico. Quarum spatia habent in longitudine milia passuum † XI et CCCXX, in latitudine milia passuum DCCCXL.

Mesopotamia finitur *ab oriente* flumine Tigri, ab occidente flumine 3
Eufrate, a septentrione monte Tauro, a meridie mari Persico. Cuius spatia habent in longitudine milia passuum DCCC, ...

M = Monacensis 794 olim Victorianus 99 anno 1436 scriptus. contulit Fr. Ohlenschlager amicus in usum meum.

L = Laurentianus 89 sup. 68 saec. XV.

ML codicis unius apographa sunt; quare S = consensus eorum. —

V = Vaticanus Palatinus 1357 saec. XIII (fol. 137 sq.).

Ex V omnia, ex L selecta secundum editionem E. Schwederi (Kiliae 1876), ex M omnia exhibebo.

Ieronimi prespiteri demensuratio prouinciarum *V*.

Dimensuratio (Demonstratio *L*) prouinciarum quae non erat in praecedenti codice sed de antiquissimo libro excerpta (libro excerpta *evanida in M) S*.

1. 1. eoo *V*, egeo *S* | 2. indo *V*, sintho *S* | 2. syrico *VS*; *fortasse* Persico, *cf. Divis. 24* | 4. milia passuum *V*, *om. S* | 4. XL *V*, XI *S* | 5. spinge *VS* | 5. siptaci *V*, sipthaci *S*.

2. 6. partia *S* | 6. appiania *V*, appiaīa *M*, appiana *L* | 6. carminia *V*, ca^{r}mi^{ni}a *M*, carmina *L* | 7. indo *V*, sintho *S* | 9. XI et CCCXX *S*; *haec et* in lat. m. p. *om. V*. — XI] *puto* [X *et Agrippae fg. 33.*] 9. DCCCXL *V*, *Agr.* DCCCXI *S*.

3. 10. ab oriente *om. VS* | tygri *V* | 11. eufraten *VS* | mare *VL* | 12. 'in latitudine milia passuum CCCLX' *addo ex Agrippae fg. 33, Divis. 22.*

4 [Babylon] Syria finitur ab oriente flumine Eufrate, ab occidente mari Aegyptio, a septentrione quod inter Cyprum et Syriam est mari, a meridie Arabia, quae est inter mare Rubrum et sinum Persicum. Cujus spatia in longitudine milia passuum † CCCLXX, in latitudine milia passuum CLXXV.

5 Insula Cyprus finitur ab oriente mari Syrio, ab occidente Pamphylio, a septentrione Aulone Ciliciae, a meridie mari Phoenicio. Cuius spatia in longitudine milia passuum CLXXV, in latitudine milia passuum CXXV.

6 Armenia, mare Caspium, et quae circa gentes sunt [ab oceano], finitur ab oriente oceano Indico, ab occidente iugis montis Caucasi . . . a meridie monte Tauro. Cuius spatia patent, qua cognitum est, milia passuum CCCCLXXX, in latitudine milia passuum † CCCCLXXX.

. . . .

7 Insula Rhodus cum Samo, Chio et quae circa sunt Cyclades finiuntur ab oriente litoribus Asiae, ab occidente mari Icario, a septentrione mari Aegaeo, a meridie mari Carpathio. Quae patent in longitudine milia passuum D, in latitudine milia passuum CC.

8 Dacia Getica finiuntur ab oriente desertis Sarmatiae, ab occidente flumine Vistula, a septentrione oceano, a meridie flumine Histro. Quae patent in longitudine milia passuum CCLXXX, in latitudine, qua cognitum est, milia passuum CCCLXXXVI.

---

4. 1. babylon *VS, delevi* | 1. eurafratem *L* | 2. mare *V* egyptio *M*, maregiptio L | 2. est mare *VL* | 4. spacia *VL* | trecenta septua (septuor *M*) ginta *S*: *sed* 470 *milia Plinius V 67 et Divisio 19 dinumerant* | 5. CLXXXV *S*.

5. Mons taurus finitur insula cypro ab oriente *V*, Mons taurus insula cyprum ab oriente *S* | 6. mare *VS* | 6. syrico *V* | 6. pamphilio *V*., pamphilo *L* | 7. aulones *S*, *om. V* | 7. Ciliciae *VL*] aliae *M* | 7. mare *VL ut passim pro* mari *in seqq.* | 7. phinico *V*, phenico *S* | 8. spacia *M* | 9. CXXV *VM*, CXXVI *L*.

6. Armenia finitur a mari (mare *V*) caspio et quae circa gentes sunt ab oceano (ad oceanum *V*?) *VS* | finitur *hic om. V* (?) *S* | 11. *lacunam indicavi*: a septentrione oceano Scythico *addas ex Agrippae fg. 30.* | 12. Cuius spatia *V*] q̧ supra *M*, q. supra *L*, patet *M*, *om. VL* | 12. qua *L*, quod M | 12. qua cogn. est *om. V* | 12. milium *V* | 13. milia passium *VL* pass̃ *M* | *pro altero* CCCCLXXX *scribendum* CCXC, *coll. Agrippae fg. 30 (et Divis. 18).*

Hic Asiam desidero.

7. 15. rodo *V*, rhodo *S* | 15. cum samum *VL*, cum samus *M* | 15. chium *VS* | 16. asye *V* | 16. cario *VS* | 17. egeo *VS* | 17. carpatio *VL*, charpatio *S* | 17. qui *L* | 18. in latitudine CC *V*.

8. 20. hystro *V* | 20. qui patet *L* | 21. qua cognitum est milia passuum *om. V* | 22. CCCLXXXIII *L* -VI *VM*, *Divisio c. 14.)* |

Sarmatia et Scythia Taurica finiuntur ab oriente iugis montis Tauri, 9
ab occidente flumine Borysthene, a septentrione oceano, a meridie provincia Pontica. Quae expanduntur in longitudine milia passuum DCCCCLXXX, in latitudine, [qua cognitum est, milia passuum CCCLXXXVI] . . . .

Insula Creta et quae circa sunt finiuntur ab oriente mari Carpathio, 10
ab occidente mari Cretico, ... a meridie mari Libyco. Creta patet in longitudine milia passuum CLXXIII, in latitudine milia passuum VI.

Macedonia et Hellespontus et pars Ponti finiuntur ab oriente mari 11
Pontico, ab occidente desertis Dardaniae, a septentrione flumine Histro, a meridie Aegaeo. Quae patent in longitudine milia passuum DCCXX, in latitudine milia passuum CCCXXXII.

Epirus, Achaia, Thessalia finiuntur ab oriente mari Aegaeo, ab 12
occidente mari Adriatico, a septentrione montibus Pelio et Olympo, a meridie mari Siculo et Libyco. Quarum spatia in longitudine milia passuum † DCCXX, in latitudine milia passuum CCCLXXVI.

Insula Sicilia et quae circa sunt finiuntur ab oriente et occidente 13
item septentrione mari Tyrrheno, a meridie mari Africo. Sicilia patet in longitudine milia passuum a Peloro usque ad Pachynum CLXXXVII, in latitudine milia passuum CLXXXVIIII.

Pars Italiae finitur ab oriente mari Adriatico et freto, quod est 14
inter Siciliam et Italiam, ab occidente urbe Roma, a septentrione sinu Adriatico, a meridie mari Tyrrhenico. Cuius spatia in longitudine milia passuum CCCXLVIIII, in latitudine milia passuum CCXXIIII.

---

9. 1. Sarmathia *S* | 1. Scitia *V*, Scitha *M*, Scithia *L* | 2. boristhene *S*, boristene *V* | 2. prouintia *V* | 3. Quae — CCCLXXXVI *om. V* | 3. expandit *S* | 4. DCCCLXXX *M*, DCCCCLXXXIII *L*; *sed cf. Agrippa fg. 20, Divisio c. 15.* | 5. *latitudo perperam ex § 8 repetitur* | CCCLXXXVI *M*, CCCLXXXIII *L (sed* 716 *milia Agr.,* 715 *Div.).*

10. 6. finiunt *L* | 6. mare *S* | 6. carpatio *VL*, | 7. carphatio *M* | 7. ab occ.] ab oriente *V* | 7. cretio *V* | 7. *lacunam indicavi* | 7. libico *VS* | 8. VI *V*, sex *S*.

11. 9. ellespontus *V* | 9. or.] occidente *L* | 11. ystro *V* | 11. egeo *VS* | 11 patet *VS* | 11. milia-latitudine *om. L* | 12. *alterum* milia passuum *om. V*.

12. 13. Epyrum *VS* | 13. thessalonica *V*, thassalonia *M*, thesalonia *L* | 13. Aegaeo] oceano *VS* | 13. ab — Adr. *om. L* | 14. penio *S*, montibus Pelio et *om. V* | 15. et libico *S*, *om. V* | 15. spacia *VS* | in longitudinis *V* | 16. DCCX *L*; *numerus ex § 11 perperam repetitur* | 16. in lat. m. p. CCCLXXVI *om. V*.

c. 13. *om. V* | 17. et *om. L* | 18. tyrrenicho *L* | 19. ad *om. M* | pachinum *L.* |

c. 14. *om. V* | 22. ilalicem *M* | 23. tyrrenico *L* | 23. spatia] supra *S* | 24. CCXX quatuor *M.* |

15 Pars Italiae ad Alpes finitur ab oriente iugis Alpium, ab occidente Histria et Carnia, a septentrione sinu Adriatico, a meridie mari Ligustico et Tyrrhenico. Cuius spatia in longitudine milia passuum DCCCXX, in latitudine milia passuum CCCXXX.

16 Insula Corsica ab oriente promuntorio Sacro, ab occidente Protuciano, a septentrione Ligustico, a meridie mari Africo † insula illa. Cuius spatia in longitudine milia passuum CXXX, in latitudine milia passuum XX.

17 Sardinia ab oriente Corsica et † mari Sardico, a septentrione mari Tyrrhenico, a meridie mari Africo. *Patet* in longitudine milia passuum CCLXXX, in latitudine milia passuum CCXXX.

18 Illyricum *et* Pannonia ab oriente flumine Drino, ab occidente desertis, in quibus habitabant Boi et Carni, a septentrione flumine Danubio, a meridie mari Adriatico. Quae panditur in longitudine milia passuum DCXX, in latitudine milia passuum CCCXXV.

19 Germania, Raetia, ager Noricus ab oriente flumine Vistula et silva Hercynia, ab occidente flumine Rheno, a septentrione oceano, a meridie iugis Alpium et flumine Danubio. Quae pars panditur in longo milia passuum DCXXIII, in lato milia passuum CCCXXVIII.

20 Gallia Comata finitur ab Coriente flumine Rheno, ab occidente saltu Pyrenaeo, a septentrione oceano, a meridie . . . .

21 Gallia Narbonensis et Aquitanica ab oriente Alpibus, ab occidente saltu Pyrenaeo, a septentrione montibus Cebenna et Iuribus, a meridie mari Gallico. Cuius spatia in longitudine milia passuum CCCLXXIII, in latitudine milia passuum CCXL.

---

15. 1. ad alpes *om. M* | 2. ystria *V*, hystria *M*, histria *L* | 2. et carnia *om. V* | 3. spacia *S* | 5. in latitudine CCCXX *V*.

c. 16. *om. V* | 5. promontorio *V* | 5. por (*vel* per) tutiano *M*, protuciano-*L* | 6. illaa *L*. *Conicio* et insula Ilva, *quod post* Sacro *transpono* | 7. spacia *S*.

c. 17. *om. V.* | 10. et: *lege* ab occidente | 10. tyrrenico *L* | patet *om. S*.

18. 12. Hilliricum *VL* | 12. et *om. VS* | 12. trino *VS.* | 13. habitant *S*, *recte V (cf. Plin. III 146)* | 13. loy *V* | 13. carmi *V*, canni *L*. | 14. Qui panditur *V*, q *L*, pandit *S* | 15. DCXX] DXXX *Agrippa fr. 13* | 15. CCCXXV *VM Agr. sed* CCCXXXII *L*.

19. 16. rhetia *V*, retia *M*, recia *L* | 16. agrum noricum *VS* | 16. flumine — occ. flumine *om. V* | 17. hircania *L*, harcania *M* | 17. Rh.] aeno *L*, eno *M*, euo *V* | 18. Alpium et] achemei *S*, chimei *V* | 18. pandit *S*. | 19. DCXXII *L* | 19. passuum] posita *S*.

20. 21. pirineo *V*, pyrrineo *S* | 21. a meridie *VS*, *reliqua desunt.* |

21. 22. et Aquitanica prouintie ab *V* | 23. pireneo *V*, pyrrineo *S* | 23. montes (monti *L*) cateuene *VS*, Cebennicis *edd.* Cebenna *scripsi* | 24. Cuius spatia] qui supra *S* | 24. Cuius — CCXL *om. V* | ducenta quadraginta *S*, 370 *et* 248 *milia Agrippa 23 prodit.*

Hispania citerior finitur ab oriente saltu Pyrenaeo, ab occidente 22
Oretania, a septentrione oceano, a meridie mari Hiberico. Cuius spatia patent in longo milia passuum DXXXV, in latitudine milia passuum CLXXXIII.

Asturia Gallicia et Lusitania ab oriente Cantabria et Oretania, ab 23
occidente oceano . . . . Cuius spatia habent in longo milia passuum DLXXX, in latitudine milia passuum DLXXXV.

Hispania ulterior ab oriente Oretania, ab occidente oceano, a sep- 24
tentrione flumine Ana, a meridie mari Hiberico. Cuius spatia expanduntur in longitudine milia passuum CCCCLXXX, in latitudine milia passuum CCLXXXIII.

Gaetulia et Mauritania finiuntur ab oriente flumine Ampsaga, ab 25
occidente oceano . . . . Aethiopiae. Cuius spatia patent in longo milia passuum CCCCLII, in latitudine milia passuum CCCCLXX.

Africa Carthago, Numidia finiuntur ab oriente Syrti minore, ab 26
occidente fluvio Ampsaga, a septentrione mari Africo, a meridie oceano Aethiopico. Cuius spatia habent in longitudine milia passuum CCCCLXXX, in latitudine milia passuum CCC.

Africa Cyrenaica, superior Libye ab oriente Catabathmo, ab occi- 27
dente Syrti minore, a septentrione mari Cretico, a meridie mari Aethiopico. Cuius spatia patent in longitudine milia passuum DCCCCLXXX, in latitudine milia passuum CCCCXX.

---

22. 1. Hispania—Hiberico *om.* *V* | 1. pyrrineo *M* | 2. orẽtañia *M* et orretania *L* | 3. patent *om.* *S*.

23. 5. Adstodio *S*, Astodio *V* | 5. et gallica *L*, et gallicia *VM* | 5. et *post* Gallicia *transposui* | 5. aretannia *V*. | 6. *lacunam indicavi* | 6. Cuius spatia habet *V*] Qui supra *S* | 6. quingenta (quinquagenta *L*) octuaginta quinque *S*. | *540 et 536 milia Agrippa prodit fg. 24.*

24. 8. Spania *V* | 8. orentana *V* | 9. iberico *V* (hyb. *L*, hib. *M*) | 9. spacia *V*, *om.* *S* | 9. expandit *M*, et pandit *L* | 10. CCCLXXX *V*, *recte?*

25. 12. Gethulia *VM*, Quetulia *L* | 12. in oriente *VM*, *om.* *L*. | 12. amsabo *V*, amsano *M*, amsamo *L* | 13. *lacunam indicavi* et c///lpe *L*, ethyopic *V*, ethiopie *M* | 13. spatia patent *V*] supra *S* | 14. quadringenta septuaginta *S*.

26. 15. Affrica cartago *V* | 15. syrtim *VS* | 15. minorem *VL* | 16. amasaca *V*, amsaca *M*, amasca *L* | 16. affrico *V* | ethy (ethi *S*) opico *VS* | 17. spatia habet *V*] supra *S* | 17. CCCCXX *ML* | 18. pas. *V*.

27. 19. Affrica *V* | ciroica *V*, cyrinoica *M*, cirinaica *L* | 19. libie *VL*, libye *M* | 19. cathabothnon *V*, chatabectom *M*, chatabooton *L* | 20. syrtim *S*, sirti *V* | minorem *VS* | 20. a mer. m. Aeth. *om.* *L*. | 21. spacia patent *V*] supra *S* | 21. pas. *V* | 22. CCCCXX *V*] CCCCXC *S*.

28 Aegypti pars inferior et Marcotis Libya finiuntur ab oriente Arabia, ab occidente Libya deserta, a septentrione mari quod Aegyptium vocatur, a meridie Aegypto superiore et desertis. Habet in longitudine milia passuum CLXI, in latitudine milia passuum CLXXX.

29 Arabia, Aethiopia et Aegyptus superior et sinus Arabicus et Persicus finiuntur ab oriente maritima Persida et Carmania, ab occidente Libya deserta, a septentrione Syria, a meridie mari Rubro. Habent in longitudine [milia passuum CLXI, in latitudine milia passuum CLXXX].

30 Britannia finitur ab oriente *et occidente* oceano, a meridie Atlantico, a septentrione oceano Britannico. In longitudine patet milia passuum DCCC, in latitudine milia passuum CCC.

31 Epitome totius orbis *finit.*

---

28. 1. Egypti *M* (-tum *L*) | 1. meraotts *V.* | 2. libia deserta *VL* | 2. mare *V* | 2. egyptium *M* | 3. egyptio sup. *V*] egyptum *S*, superiorem *L.* | 3. deserto *V* | 4. CLXI *VL*, CLXL *M.* |

29. 5. ethiopia et egyptus *M* | 6. finiuntur *om. S* | 6. persida *sic VS* | 6. carminia *VM*, carmina *L* | 7. lybia *V* | 7. mare *VS* | 7. rubrum *S* | 7. Habent *om. S* | 8. milia — latitudine *om. V* | *Numeri ex* § *28 perperam repetiti* | 9. CLXI *V*] CLXL *ML* | 9. CLXXX *VM*] CLXX *L. Alia prorsus tradit Agrippa fg. 35.* |

30. 10. Rittannia *V* | 10. et occidente *om. VS.* | 10. athlantico *V* | 11. brittannico *V* | 11. patent *V*, *om. S* | 12. DCCC *S (sic Agrippa 22)*, DCC *V.*

31. 13. Epitomen tocius *V* | 13. orbis *VM*] mundi *L* | finit *addidi Sententias ego transposui; nam in VS* ‚finitur ab- Britannico‘ *demum post* totius orbis, *in S haec ipsa* ‚Epitome- Britannico‘ *in fine post* CCC *posita sunt.* —

DIVISIO ORBIS TERRARUM.

Orbis dividitur tribus nominibus: Europa, Asia, Libya vel Africa. Quem divus Augustus primus omnium per chorographiam ostendit. 1

Principium ergo erit omnibus ab Europae freto, quem locum Graeci 'Heracleus stelas' appellant. 2

Hispaniarum igitur provinciae tres. Ex eo loco ad montes Pyrenaeos per milia passus DCCCC in longitudine porrigitur, eademque latitudo *in austro*. Sed qua contrahitur, CCC milia passus videtur *lata*: itaque proxima a Pyrenaeis montibus. 3

Ulterior Cordubensis Baetica. Prima itaque provincia finitur ab oriente saltu Carthaginensi et Oretania, ab occidente oceano, a septentrione flumine Ana, a meridie mari Celtiberico. 4

Dicuil praef. 'cogitavi ut liber de mensura provinciarum orbis terrae sequeretur, secundum' illorum auctoritatem quos Sanctus Theodosius imperator ad provincias praedictas mensurandas miserat . . . . scripturam missorum Theodosii verbis Plinii Secundi ordine scribendi praepono, eo quod illi in duodenis novissime versibus diligentius antiquis fecisse affirmant . . . sermones praedictorum missorum, quia minus vitiose scripti sunt, quantum potero corrigere curabo . . . . nulli stuporem praebere debet, quando numerus milium inter Plinium Secundum et missos imperatoris dissentit. Quoniam illi, sicut praedixi, quod intentius vere hoc opus perfecerunt quam veteres, testantur . . . . In quinto decimo' *sqq., cf. in fine.* —

P = Vatic. Palatinus 1357 saec. XIII fol. 21 sqq. in E. Schwederi 'Beiträge zur Kritik der Chorographie des Augustus' (Kiliae 1876) I p. 6 sqq. editus. — Minutias orthographicas, velut e *pro* ae *posita,* i *et* y *commutata* (tygris lybia hyspania asya hyster ethyopia) *non afferam; nec plus semel adnoto scripturas* affrica prouintia occeanus spacium.

1. Terrarum orbis tr. divid. *Dicuil (D) qui nostrum exscripsit, ex quo quibus opus est addam.* | 1. vel Africa *om. D* | 2. Quem *D:* que *P* | 2 cronografiam *P* chorografiam *D.*

brachiis diuisis *S* | 50, 15. et *om. C* | 15. nampamonem *SPC*: Nasamonum *puto, cf. c. 6 fin. in B* | 15. prouincia *C* 15. DXXX *C* | 1. ascendit *C* | 1. sed *C, om. S* | 1. item *S*, inter *C* | 1. contemptus *S* | 1. pergit *om. P*, per *om. C*, pergit ęgypto *S* | 1. trans *om. P* | 2. deinde transit adienolim *C* | 2. troianopolim *S* | 2. currit *addidi* | 2. DCCC *C* | 2. pirammidis *S* | 3. quod *SP*, quiad *C* | 3. orrea *SC*, hioseph *C. cf. Dicuil 6, 3, 2*: 'septem horrea secundum numerum annorum abundantiae, quae Sanctus Ioseph fecerat ... quattuor in uno loco ac tria in altero.' 3. thetharcis *SP*: tepsis *C. fortasse* Cheopis? | 4. faraonis *S*, pharaoni *P*, *recte C* | 4. DCCCXII *C* | 4. capratos *SP*, carpatos *C* | 4. L *S*: D *C* | 4. Exit per *C* | 5. diuersas et c. *SP* | 5. et *addidi* | 5. acto *C* | 5. bracia *S*, braciae *C* | 5. et fluit *SP* toto aegyptiorum terra *S*, *recte P*, exiens-totam] et extendens se et influet ut *C* | 6. terra inriget *C* | 6. crisoroas *SP*, crissoroa as *C* 7. opd *C* | 7. et uertit *P* | 7. partum *P*, partit *C* | 7. atriatico *C*, atriaticum *S*, Adr.-partim *om. P*, mari *om. C* | 7. carpathato *SP* | carpatio *C*.

8. carpatum *C*, carpatho *SP* | 8. magnam *P*, *om. C* | 8. nam habet *C* | 8. ab ethiopiam *SP*, -iae *C* | 9. nullus *SP*, nylus *C* | 9. quod] eo *C* | 9. ad *om. S* | 9. termino *C* | 9. libię *S*, libie *PC* | 10. id: *incipit R.* ids *C* | 10. affrice *C* 10. nectuni *C* 10. pentabulĩ *S*, pentabolim *R*, pentapoli *C* 10. et Tripolim *om. C* 11. libię *SPC*, lybiae *R* | 11. pamphilię *SPR*, papie filiae *C*, Epaphi filiae *scripsi* | 12. fruges *C*, *recte?* | 12. in manu *C* | 12. sinstra *SPR* (*sc.* tenens) 12. ebuer *P*, ębur *C* 12. haec] et *C*, 52, 1. libia *SCP*, lybia *Rp*, pamfilia *SR*,

A 47 Fluvius Nilotis nascitur in Athlantico campo; qui currens lacum efficit, qui Nilotis appellatur, sine aliquo exitu.

Fluvius Bagrada nascitur in Tubursicunumidorum. pergens per Zeugi inlustrans regionem egerit in mari Tyrreno. dispersis crinibus Uticae oppido diffunditur.

Fluvius Cartennas nascitur in campo Mauro, inde inlustrans litori

---

1. athlamtico | 2. quod | 2. apellatur | 3. uagrada | 4. tirreno | 4. dispar-sis | 5. utice oppida | 6. litora Mauritaniae Caesariensis *puto.*

B Libya Epaphi filia a Neptuno conpressa *est*, et post ibi senex humata regia dignitate. De eo flumine superius dicto capiuntur corcodrilli parvae magnitudinis, quos plerumque ad pigmentarios videmus, ut certo sciant mortales, Nilum fluvium ad Aethiopiam Aegyptum Libyam Africam meare. Fluvius per diversa spatia provinciae meat et exitum nusquam habet; sed aestivis temporibus magnam habet virtutem, sed parvus videtur quoniam a capite lenis meat. Qui Nilus fluvius currit *milia* sex milia DCLXXXVIII.

1. qui currens] procurrens | 2. exitu. currit milia CL.

3. in *om.* | 3. pergens *sqq.*] inlustrans eam provinciam pergit per campos Bullensium Regiorum, libat Zeugi, inlustrat oppidum Uticense, infunditur in mare Tyrrenum. currit milia CCCXVIII.

6. in campo †Martio. inde lustrat litore maritimo Caesariensem et

---

pamphilia *P*, papia filia *C*, Epaphi filia *scripsi* | 1. conprehensa *C* | 1. est *addidi* | 1. et post *C*, et posuit *SR* | 1. senes humata *C*] usummatum *S (in marg. a man. prima* R*).* consumatum *RP*; *correxi* | 2. dignitatem *S* | 2. De eo *CR*, Deo *SP* | 2. dicto *C*, dicti *SRP* | 2. capiunt ut *C* | 2. corcodili *C*, corcodrilli *SRP* | 3. paruaet *C* | 3. magnitutinis *S* | 3. quos] cor *C* | 3. a p. uisemus *C* | 3. certus *S* | 4. mmortales *S. corr. m. rec.* | 4. nylum *C* | 4. ad] ab *SPRC* | 4. aethyopiam *R*, aethiopia *P*, -iam *SC* | 4. aegyptum *C*, *om. rell.* | 4. libiam *S* -ia *C*, lybiam *PR* | 4. africa eum requireret. Fluuius sic *C* | 5. diuerso *C* | 5. et] fieri *C* | 6. numquam *P* | 6. estiuis *SR* | 6. magnam] nullam *C* (*corrige* multam) | 7. paruus *om. C*, uisetur *C* | 7. qm *SPC*, quo *R* | 7. arabites senis *C*. lenis *SR* | 7. Qui -VIII *C*, *om. SPR* | 7. Quod nilus *C* | 8. milia *addidi.*

1. nylotis *C* | 1. Atl. campo] adlanticam *S*, antanthicam *P*, anthanticam *R*, alontos campos *C* | 1. currens *C* | 2. quod *SC* | 2. nylotis *C* | 2. appelletur *S*, apellatur *C* | 2. alico *C* | 2. CLI *C*.

3. Fluuiu *S* | 3. bagradra *S*, uagrada *PR*, bacrada *C* | 3. in *om. SC* | 1. tu- (tur- *P*, *om. C*) bur (bicur- *C*) sicunu (-no *S*) midorum *SRPC* | 3. per *om. C* | 4. regionum bibera zeuzy inlustrans *C* | 4. libat libat *PR* | 4. z.]///ugi *S* | 4. opidum *R* | 5. U.]uticensem *SPR*, *cui* infundit uticensem *addit S.* uticensem *ex* -sum *C* | 5. infundet in *C* | 5. CCCVIII *C* | 6. carthenas *SRP*, cartennas *C* | 6. in campos martios (martyos *C*) *SRPC* | 6. lustrans *C* | 6. lidore *S* | 6. et sab.] ete sab. *SPR* | 6. cesariensae e ętoe sabratae letis magne *C* | 53, 1. in *om.*

A maritimo Caesariensi mari invergit.

Fluvius Malva nascitur sub insulas Fortunatas. circuiens extermam partem Mauritaniae, intercludens inter Barbares et Bacuates vergit in mari quod appellatur Columnae Herculis.

Fluvius Hesperides nascitur *ad* Lix oppidum in campo . . . . . . in circini rutunditate volvitur. influit in oceani ripas meridiani.

---

1 cesariensi | 2. malda | 3. interdicens | 3. uacuates | 4. columne erculis | 5. heperides | 5. ad *addidi* | 5. *lacunam indicavi* (Mauretaniae?) | 6. uolbitur.

B Sabrate et Lepti magna. Invergit in supernis partibus Nabataeorum. currit in mare oceanum per milia DCCCCXXII.

2. circuiens *sqq.*] includit omnem partem' Mauritaniae Caesariensis, intercludens per anguilationem tortuosam, et amplectitur gentes Africanas quinque, id est Nasamones, Baccuates, Garamantas, Bures et Bacuenses. Torrens inuenit heremum, ubi efficitur bicornius et includit duo oppida regionis Pentapolitanae, quae fuere Sodoma et Gomorra. Inuenies ibi Columnas Herculeas, ubi oppidum Bethulia vicinum montis Sinai. Ex uno in unum redigitur, qui fuerunt duo, et per heremum superiorem pervenit ad Hesperides, ubi hominum genus nullum. Egerit in mare oceani meridiani. currit quattuor milia DCCCCXX.

5. Fluvius Hesperides qui et Lixus, nascitur in campo . . . . in circini rutunditate volvitur. influit in oceani ripas partis meridianaer currit milia DCCCCXX.

C|1. nabatheorum *SPR* (-te- *C*)|2. oceano *SPR* -um *C*|DCCCCXXVI *C*| 2. pergit *C.*| DCCCCXXVI *C*| *Dicuil 7, 1, 5* 'in Cosmographia fluvius Malva sub insula Fortunata nasci fertur.'|2. furtunas *S*, *recte PR*, furtunatas *C*|3. includet *C*|4. anguillationes tortuosam *SPR*, anguilationem tortuosa *C*|5. nassamones *C*, naasamones *S*|5. uaccuantes *C*, baccaides *S*, baccaites *RP*|5. garamates *C*|5. Bures *scripsi.* bares *SRP*, uares *C* | 5. et *om.* *C* uaenses *C. cf. infra* Beguenses | 6. inuenit *erasum in R* | 6. includet *C* | 7. quae *om.* *C* | 7. sodoma *C*, sodomorra *SRP* | 7. gomorrae *S*, gomorra *RPC*, terra *add.* *SRP* | 8. Invenies ibi] Et peruenit nyzyuis ubi sunt *C* | 8. colomnas *R* | 8. ubi *C*] in *SRP*|8. betulia, *sed post* 'montis sint', *C. cf. Iudith 6, 9. 7, 1.* uetulia *SRP*| *nolim* Gaetulia *scribere* | 8. uicinam *S*, -na *PRC* | 9. sinai *R*, si(*ex* ii)naę *S*, synai *P*, sint *C*|.9 ex uno *delendum?*|in uno *SPR* -um *C*|9 redigetur *SRP* reguntur *C* | 9. eremum *SR* | 10. peruenit: *incipit V* | 10. experides *V*. besperides *C* | 10. homonum, *sed corr.*, *S* | 10. nullum *scripsi cum C*, ullum *VS*, illum *RP*, est *add.* *C*|10. Egerit *V*, capere *SRP*, ingreditur *C*|11. oceani *ex* -no *V*, oceano meridiano *SRP*, hoccanum m-na *C*|11. currit *VC*] qui ducit *SRP*. 11. quater miliaes *V* (*quem sequor*), IIII. DCCCCXX milia *SRP* mt XCVII *C*| 12. esperides *SC*. exp. *V*, hesp. *RP*| 12. nascitur lix *V*, nascitur olix *C*, qui et (*haec om. VC*) elix (*om.* nascitur) *SRP* | 13. in circini *SRP*, -no *V*, -nni *C* | 13. rot (rut- *SR*) unditate (-tem *C*) *mss.* | 13. uoluitur *VC*,)uertitur *SRP* | 13. influet *C*|13. ripis *RP*|13. meridiani *SPC*, mediani *R*.

A 48 Oceanus meridianus quas gentes habeat. Hierasycamini gens | Nabatae gens | Bostraei gens | Marmaridae gens | Nasamones gens | Garamantes gens | Theriodes gens | Curbissenses gens | Beitani gens | Begguenses gens | Feratenses gens | Barzufulitani gens | Fluminenses gens | Quinquegentiani gens | Bures gens | Mazices gens | Musunei gens | Artennites gens | Barbares gens | Salamaggenites gens | Bacuates gens | Massyli gens | Abenna gens.

1. hierasicaminas | 2. nabatae (*Νάβασοι Ptolem. IV, 2, 20. vide etiam ad B*) | 2. marmaride | 2. nassammones.

4. ferateses | 5. musubei | 6. *cf.* Syrtites *tab. Peut.* | 6. babares (Sabarbares *Plin. V 30*| 7. massylii|7. Abenna *est mons contra Calpen situs.*

B Quae gentes in oceano meridiano sunt | 2. *post* Nabates: Ifansenses | 2. Marmarides|3. Gurbisenses | 4. Beguenses *vel* Rusuccenses | 4. Bardubitani | 5. Burenses | 5. Mosenes, *deinde* Vaniures | 6. Barbaricenses. Alamaggei | 7. Avennei *vel* Obbenses.

1. Quae *V*, Quas *rell.* | gens *C* | in *om. V*, pars ocheanus m-us habet *C* | 1. Hierasicamini *V*, Ieras sigami *C*, Hieras (-ass *S*) im cami *SRP* Hiera Sycamino *It. Antonini*|gens *ubique om. VSRP*|2. nabates *V*, nabes *SPR*, nauecei *C*, Nababes *Mauretaniae tab. Peuting. et Plinius V, 21 agnoscit,* Natabudes *Plin V, 30.* | 2. ifansenses *SRP*] gens est *V*; *om. C.* Icampenses *tab. Peuting.* | 2. bostrei *VS*, dostrei *RP*, ostrei gens *C*|2. Fluminenses-Mazices *in SRP hic interpositi sunt* | 2. marmarides *RP*, -ites *S*, -idet *V*, -ide *C* | 2. nasa (-sra *C*)-mones *VC*, nasumrutes *SRP* | 2. garamantes *omnes* | 3. ceriodes *V*, theriodes *S*, theorides *RP*, hic erides *C* | 3. gurbi (-ui- *C*) senses *VC*, curbisenses (-sis *S*) *SRP* | 3. betania *V*, ueacitani *S*, ueitani *RP*, behitani *C* | 4. beguenses *V*, uacua henses *C*, rusuccenses *SRP* | 4. fer (far- *S* fr- *R*) atenses *VSR*, serutenses *C* | 4. Fer. Barz. *et* Mus.-Barbaricenses *desunt P* | 4. bardub (-dux *C*) itani *VC*, bordiofitani *SR* | 4. flumine s *V*, fluminensis *SRP*, luminenses *C* | 5. V gentia noui *V*, quinq; genuanni *SRP*; *recte C* | 5. burenses *VRP* -sis *S*, uerenses *C* | 5. mauretes *C*, mazices *rell.* | 5. mosenes *V*, musuensis *S* -nses *R*, monsanes *C.* Musuni *Plinius V 30*, Musonii *tab. Peut.* | 5. uaniresV, uanniores *SR*, baniures *C.* Vamacures *Plin. l. c.*, Baniurae *ib. 17* | 6. arcenithes *V* -tes *C*, aftenites *S*, astenites *R* | 6. barbaricen *C* -cens *V* -censis *S* -genses *R*|6. alamaggei *VRP*, alamagei *S*, salamagai *C. cf. Μαϰανῖται Ptolemaeus IV 1, 10* | 6. baccuates *V*, uacuates *C*, uacautes *SRP. Βαϰουᾶται Ptolemaeus IV 1, 10* | 7. masilia *V*, massilii *C*, massilio *SRP* | 7. auennei *V*, auenei *C*, bensis *S*, benses *RP* (*cf. Orosius I 2, 47.*)

In Vaticano Palatino 1357 saec. XIII fol. 151 v. post auenei gens *haece leguntur (orthographiam emendavi):* Quattuor sunt Caesareae sub axe mundi: Caesarea Palaestina, Caesarea Cappadociae, Caesarea Mauretaniae, Caesarea Spaniae, quae Augusta accepit nomen eo quod opulentissima et necessaria populi esse videatur (*lege* videbatur). *Eadem post* massili gens *habet Palatinus 1356 saec. XV—XVI, qui post* Spaniae *addit:* Cesaraugusta iam Sarragosa dicitur.—

EXPLICIT COSMOGRAFIA IVLI CAESARIS. INCIPIT EIVSDEM NOMINA PROVINCIARVM OMNIVM *V.*

A QUATTUOR OCEANORUM CONTINENTIA EXPLICIT. 49
INCIPIUNT EXCEPTORUM HAEC.

Oceanus orientalis maria habet VII | insulas XI | montes VIII | provincias VII | oppida LXI | flumina XVII | gentes XXVII.

Oceanus occidentalis maria habet VIIII | insulas VII | montes VI | provincias XX | oppida LIII | flumina XII | gentes XXIII.

Oceanus septentrionalis maria habet VII | insulas XXIIII | montes XII | provincias XVI | oppida XLVIII | flumina XX | gentes XXI.

Oceanus meridianus maria habet II | insulas VIIII | montes IIII | provincias XII | oppida LVI | flumina VI | gentes XVIIII.

[Et ut haec ratio ad conpendia ista deducta in nullum errorem 50
cadat, sicut a magistro dictum est, hic liber exceptorum ab sphaera ne separetur. Sequuntur enim conpendia, quae infra scribta videbis. Quattuor (ut iterum dicam) oceanorum ratio non praetermittenda. Sunt enim per orbem totum terrae cosmographiae maria XXV, insulae LI, montes famosi XXX, provinciae LV, oppida CCXVIII, flumina LV, gentes XC. —

Haec omnia in describtione recta orthographiae transtulit publicae 51
rei consulens Iulius Honorius magister peritus atque sine aliqua dubitatione doctissimus: illo nolente ac subterfugiente nostra parvitas protulit, divulgavit et publicae scientiae obtulit].

---

11. *sqq. Uncis inclusa Honorii discipulus de suo addidit* | 11. conpedia | 12. sphera | 13. conpedia | 15. cosmo cosmografiae | 16. oppida CCXVIII *legendum est* | 18. orthografie | 18. publice | 9. adq. | 19 duuitatione | 20. ac] ae | 21. publice | 21. *post* obtulit *m. pr. addidit haec:* EXCERPTORVM. EXCERPTA. EXPLICITA. ORTHOGRAFIAE A IVLIO. ORATORE. VTRIVSQUE. ARTIS. FELICITER. *Haec non a scriptore ipso addita esse vidit I. Brandis mus. rhen. IX 296.*

B EXPL. CORONICA. IVLII. CĘSARIS *S.* Explicit. COSMO. GRAFI. IVLI CESARIS *C.*

Subscriptione carent RP.

PAVLI OROSII
HISTORIARVM ADVERSVS PAGANOS
LIBRI PRIMI CAPVT ALTERVM.

1 Maiores nostri orbem totius terrae oceani limbo circumseptum triquedrum statuere eiusque tres partes Asiam Europam et Africam vocaverunt; quamvis aliqui duas, hoc est Asiam, ac deinde Africam in Europam accipiendam putarint.

Asia tribus partibus oceano circumcincta per totam transversi plagam orientis extenditur. Haec occasum versus a dextra sui sub axe septemtrionis incipientem contingit Europam, a sinistra autem Africam dimittit; sub Aegypto vero et Syria mare nostrum, quod Magnum generaliter dicimus, habet.

2 Europa incipit ut dixi sub plaga septemtrionis a flumine Tanai, qua Riphaei montes Sarmatico aversi oceano Tanaim fluvium fundunt, qui praeteriens aras ac terminos Alexandri Magni in Rhobascorum finibus sitos Maeotidas auget paludes, quarum inmensa exundatio iuxta

---

P = Palatinus Vat. 829 saec. VIII—IX.

R = Rehdigeranus saec. IX—X. Hos utpote optimos plenissime adnotavi. p r = manus secunda in PR.

D = Donaueschingensis saec. VIII.

B = Ambrosianus olim Bobiensis saec. VII—VIII. DB libros interpolatos raro adhibui. — | Huius expositionis magnam partem Isidorus orig. XIV 3—6 in suum usum transtulit.

1. circumseptem *P, sed corr.* 2. triquedrum *P* (triquadrum *p*, *R*) | 4. eurupa accipienda *D* | 6. plagam *ex* plagām *P* | 6. ad dextera *D* | 7. septen (*ex* septēp)trionis *R*; *sed* septemtrionem *fere ubique dicunt PR, quod hoc uno loco adnotasse sufficiet* | 7. contigit *P*, n *add. m. 3* | 7. affricam, *sed corr., R* | 8. demittit *D* | 8. egypto *P* | 8. syriam are *P*, *corr. p* | 10. ut dixi *om. D* | 11. rifei *PR*, riphei *D*, ///ffei *B* | 11. adversa *Cosmogr.* | 12. aras *cf. Ptol. III 5, 26* | 12. Ῥόβοσκοι *Ptol. VI 14, 9*, rhobascorum *PRD* (h *delevit D m. pr.*) | 13. sitas *corr. ex* -tus *R*, sitos *P* (*sed m. 3* situs), *D*? | 13. meotidas *omnes ubique, quod hic tantum affero.*

Theodosiam urbem Euxinum Pontum late ingreditur. Inde iuxta Constantinopolim longae mittuntur angustiae, donec eas mare hoc quod dicimus nostrum accipiat. Europae in Hispania occidentalis oceanus terminus est, maxime ubi apud Gades insulas Herculis columnae visuntur et Tyrreni maris faucibus oceani aestus inmittitur.

Africae principium est a finibus Aegypti urbisque Alexandriae, 3
ubi Paraethonio civitas sita est, super mare hoc Magnum, quod omnes plagas terrasque medias interluit. Unde per loca quae accolae Catabathmon vocant, haut procul a castris Alexandri Magni et super lacum Chalearzum, deinde iuxta superiorum fines Auasitarum missa in transversum per Aethiopica deserta meridianum contingit oceanum. Termini Africae ad occidentem iidem sunt qui et Europae, id est fauces Gaditani freti. Ultimus autem finis eius est mons Athlans et insulae quas Fortunatas vocant.

Et quia breviter generales tripertiti orbis divisiones dedi, ipsarum 4
quoque partium regiones, sicut pollicitus sum, significare curabo.

Asia ad mediam frontem orientis habet in oceano Eoo ostia flu- 5
minis Gangis, a sinistra promuntorium Caligardamana, cui subiacet ad eurum insula Taprobane, ex qua oceanus Indicus vocari incipit. a

---

1. theo^{do}siam *P*, theodisiam *D* | 1. constant inupolim *P*, *corr. p* | 2. long^{e}e *PD*, longae *R* | 2. mittuntur *R* (e *alia manu*) mittu^{n}tur (n *al. m.?*) *P* | 3. oceanos *sed corr. P* | 4. termino *PR* | 4. hercule///s *D* (*olim*-eis?) | 4. columnea^{is} (*corr. m. 2) D* | 5. tyrrae$^{h\,ni}$ (*corr. m. 2) P*, tyr^{e}reni (*corr. m. 2) D*, tyrrheni *R* | 5. ocaeani *P* | 6. aegypti urbis (i. u *m. 2 in ras.*) quae (a *eras.*) *P* | 7. p^{h}arethonio (-iũ *m. rec.*) *R*, parethonio *PD*. *scribe* Paraetonium | 7. mare hoc *PR*. hoc mare *D*; *cf. p.* 66, 12 | 8. que *ex* quae *P* 8. u^{i}nde *R* | 8. aco^{c}lae *R* | 8. catabathmon *D*, cathabathmon *P*, cat^{h}abathmon *R* | 9. haud *r*, haut *PR rell.* | 9. a castris: a c *in ras. P* | 9. exandri *in ras. P* | 10. chalearzum *PRD all.*, galearum *Vindob. 181.* *Κλέαρτος λίμνη Ptol. IV 5, 2?* | 10. auasitarum *PRD*; *in* abasitarum *correxit R* (*r?*), *Ὀασῖται Ptol. IV 5, 25; 37* | 10. transu *in ras. P* | 11. ocaeanum (a *eras.*) *R* | 12. idem *RP* | 13. athlans *sic ubique mss.*; n *erasum in R* | 13. insulas *P* | 13. quas (a *ex* o *corr.*) *R* | 14. furtunatas *D* 15. quoquae (a *eras.*) *P* | 17. Asia//// *R* | 17. morientis (m *erasum*) *R* | 17. //// eoo *R* | 18. gang^{i}es *R* (-es *P*, -is *D*) | 18. sinistro *RP*, -tra *D* | 18. promun^{c}torium *R*; *sine* c *PD* | 18. caligardamana *PRD*, *B in marg.* -damina *B*, -dãnaũ *d*, *Κατικάρδαμα Ptol. VII 1, 16. Καρικάρδαμα ib. 80. Καλλιγικὸν ἄκρον ib. 11.*

dextra habet Imaui montis, ubi Caucasus deficit, promuntorium Samarae. Cui ad aquilonem subiacent ostia fluminis Ottorogorrae, ex quo oceanus Sericus appellatur.

6 In his finibus India est, quae habet ab occidente flumen Indum, quod Rubro mari accipitur; a septemtrione montem Caucasum; reliqua ut dixi Eoo et Indico oceano terminatur. Haec habet gentes quadraginta quattuor absque insula Taprobane, quae habet decem civitates, et absque reliquis insulis habitabilibus plurimis.

7 A flumine Indo, quod est ab oriente, usque ad flumen Tigrim, quod est ad occasum, regiones sunt istae: Arachosia, Parthia, Assyria, Persida et Media, situ terrarum montuoso et aspero. Hae a septemtrione habent montem Caucasum, a meridie mare Rubrum et sinum Persicum, in medio autem sui flumina praecipua Hydaspem et Arbim. In his sunt gentes triginta duae. Sed generaliter Parthia dicitur, quamvis scripturae sanctae universam saepe Mediam vocent.

8 A flumine Tigri usque ad flumen Euphraten Mesopotamia est, incipiens a septemtrione inter montem Taurum et Caucasum: cui ad meridiem succedit Babylonia, deinde Chaldaea, novissime Arabia Eudaemon, quae inter sinum Persicum et sinum Arabicum angusto terrae tractu orientem versus extenditur. In his sunt gentes viginti octo.

---

1. Imai *vulgo.* [t]imaui *R*, imaui *P*, timaui *D* | 1. promunt[c]orium *R* (-nturium *PD*) | 1. samariae (i *eras.*) *R*, samare *P*, samara *Dp*, *Σάμβρα Ptol. VII 2, 3*, *Σαμαράδη ib. 6. Καμάρα periplus maris Erythraei 60, Τάμαρον Strab. XI 519* | 2. octorogorrae *Rd*, ottorogorrae *P* (-gorsae *p*), ottorogurrae *D*, *Ὀττοροκόρρα oppidum*, *-ας mons*, *-αι gens* (*non fluvius*) *Ptol. VI 16, 2—8* | *Geographus Ravennas II p. 50 P:* 'Inter Parthorum patriam et Indiam . . Indus, qui, ut dicit Paulus Orosius, in mare Rubrum ingreditur' | 5. mari//// *R* | 5. excipitur *vulgo* | septentr. *ex* septemtr. *PR saepius alia manu corr.* | 5. causasum, *sed corr.*, *R* | 5. *post* reliqua *add. r in mg.* pars. | 6. quadraginta quatuor *P*, XLIIII *R* | 7. *Geographus Ravennas V p. 420 P.* 'insula Taprobane in qua decem civitates fuisse nominatissimas legi, ut testatur mihi Paulus Horosius, sapientissimus orientis perscrutator.' | 8. quam plurimis *R* | 10. aracosia *PD*, arachosia *RB* | 11. persida *PRB Isidorus XIV 3, 8 ex Orosio* perseda *D* | 11. hae/// *R* | 12. meridiae, *sed corr.*, *P* | 12. et sinum-mesopotamia est *in ras. P* | 13. ydaspem *PRDB* (*sed est in India*) | 13. arbim *PRB*, arbem *D*. *Ἄραβις Ptol. VI 19. 2*, Arbim *Plin. VI 97 Gedrosiae fl.* 14. XXXII *ex* -III *R*, XXXII *B*, trigi (ge *D*) nta duae *PD* | 16. tigri *PR*, tigris *Dr* | 16. eufraten *omnes ubique quod hic tantum commemoro* (*D hic illic habet* euphr.) | 16. mesopotam[i]a *R* | 17. meridi////em *P* | 18. caldea *P*, c[h]aldea *R*, chaldea *DB* | 18. eudemon *RD*, eudaemon *P* | 19. et sinum *D all.*, sinum *om. PR* | 20. uiginti octo *D*, XXVIII *PR*.

A flumine Euphrate, quod est ab oriente, usque ad mare nostrum, 9
quod est ab occasu, deinde a septemtrione, id est a civitate Dagusa, quae in confinio Cappadociae et Armeniae sita est, haud procul a loco ubi Euphrates nascitur, usque ad Aegyptum et extremum sinum Arabicum, qui [est] ad meridiem longo angustoque sulco saxis insulisque creberrimo a Rubro mari, id est ab oceano, occasum versus extenditur, Syria generaliter nominatur, habens maximas provincias Commagenam Phoeniciam et Palaestinam, absque Saracenis et Nabathaeis, quorum gentes sunt duodecim.

In capite Syriae Cappadocia est, quae habet ab oriente Armeniam, 10
ab occasu Asiam, ab aquilone Themiscyrios campos et mare Cimmericum, a meridie Taurum montem, cui subiacet Cilicia et Isauria usque ad Cilicium sinum, qui spectat contra insulam Cyprum.

Asia regio, vel ut proprie dicam Asia minor, absque orientali parte 11
qua ad Cappadociam Syriamque progreditur, undique circumdata est mari: a septemtrione Ponto Euxino, ab occasu Propontide atque Hellesponto, ad meridiem mari nostro. Ubi est mons Olympus.

Aegyptus inferior ab oriente habet Syriam Palaestinam, ab occasu 12
Libyam, a septemtrione mare nostrum, a meridie montem qui appellatur Climax, et Aegyptum superiorem fluviumque Nilum, qui de litore incipientis maris Rubri videtur emergere in loco qui dicitur Mossylon emporium, deinde diu ad occasum profluens faciens insulam nomine Meroen in medio sui, novissime ad septemtrionem inflexus tempestivis

2. casu *R* (oc *add. r*), occasu *rell.* | 2. dagusa *PR*, dacusa *D*, decusa *B*. *Δάγουσα Armeniae minoris Ptol. V 7, 5* | 3. aut *RD*, haud *Pr* | 4. usque *r*, quae *PR*| 5. est (?) *erasum R; delevi.*| 5. angustoquae, *sed corr.*, *RP*| 7. /////syria *R* | 7. Syria quae sic generaliter *vulgo* | 7. habens *PR*, habet *DB*, habetque *vulgo* | 8. phaeniciam *R*, phoniciam *P*, phoen. *p*, phyniciam *B*, phin. *D* | 8. palestinam *omnes ubique* | 8. saracinis *D* | 8. nabatheis *PR*, batheis *D* (na *add. d*) | 9. duodecem *D* | 11. themescyrios *D* | 11. campos quos habuere Amazones *Isidorus XIV 3, 37* | 12. usquae *ante ras. P* | 13. cilicinum *PR*, celicum *D*, cylicum *B*, Issicum *vulgo* | 13. spectat *P*, *corr. p*, expectat *D* | 14. propriae, *sed corr.*, *R* | 15. qua] quae *vulgo* | 15. pro *supra* greditur *R* | 16. e[u]oxino *R*, euxina[o] *P* | 16. propontede *D*, adquę *P*, *corr. p* | 16. hellesponte[o] *P* | 17. meridiae *D* | 17. ibi *RD*, ubi *Pr* | 17. olimphus *PR* | 18. ab *ex* hab *P* | 18. Syriae ac rubro mari coniuncta *Isidor. XIV 3, 27* | 19. lybiam *R*, *recte P* libeam *D* | 20. elimax *RP*, calimax *r*, climax *D*, clymax *B*. *Κλίμαξ Arabiae mons Ptol. VI 7, 20*; *an Marmaricae opp. ib. IV 5, 32?* | 21. morsilonen porium *D*, *recte PR*. *Μόσυλον ἄκρον καὶ ἐμπόριον Ptol. IV 7, 10. cf. Plin. VI 174* (portus Mossylites) | 22. ad occasu *P* | 22. facit *D*, faciensque *vulgo*.

auctus incrementis plana Aegypti rigat. Hunc aliqui auctores ferunt haut procul ab Athlante habere fontem et continuo harenis mergi, inde interiecto brevi spatio vastissimo lacu exundare, atque hinc oceano tenus orientem versus per Aethiopica deserta prolabi, rursusque inflexum ad
13 sinistram ad Aegyptum descendere. Quod quidem verum est, esse huiusmodi fluvium magnum, qui tali ortu talique cursu sit, et re vera omnia Nili monstra gignat, quem utique prope fontem barbari Dara nominant, ceteri vero accolae Nuhul vocant. Sed hic in regione gentium, quae Libyoaegyptiae vocantur, haut procul ab illo fluvio, quem a litore maris Rubri prorumpere diximus, inmenso lacu acceptus absumitur; nisi forte occulto meatu in alveum eius, qui ab oriente descendit, eructat.

14 Aegyptus superior in orientem per longum extenditur; cui est a septemtrione sinus Arabicus, a meridie oceanus. Nam ab occasu ex inferiore Aegypto incipit, ad orientem Rubro mari terminatur. Ibi sunt gentes XXIIII.

15 Et quoniam meridianam partem universae Asiae descripsimus, superest ut ab oriente ad septemtrionem pars quae restat expediatur.

16 Mons Caucasus inter Colchos, qui sunt super Cimmericum mare, et inter Albanos, qui sunt ad mare Caspium, primum attollitur. Cuius quidem usque in ultimum orientem unum videtur iugum, sed multa sunt nomina: et multi hoc ipsum iugum Tauri montis credi volunt, quia re vera Parcohatras mons Armeniae, inter Taurum et Caucasum medius, continuare Taurum cum Caucaso putatur. Sed hoc ita non esse discernit fluvius Euphrates, qui, radice Parcohatrae montis effusus, tendens in meridiem ipsum ad sinistram, Taurum excludit ad dextram. Itaque ipse Caucasus inter Colchos et Albanos, ubi et portas habet, mons

2. aut *RD*, haut *P*, haud *r* | 2. athlante *omnes* | 2. harenis *PD*, arenis *R* | 3. adque *D*, adquę *P*, *corr. p* | 4. aethiop(c)ia *R*, -pica *DB*. -pica *ex* -pia *P m. 1* | 4. rursusquae *ante ras. P*; quae *pro* que *ex P hinc non enotabo* | 7. dara *omnes; ex* dari *corr., ut videtur, R.* Darat *Plinius V 9* | 8. nuhul *omnes, cf. Mela III 9* | 8. gentium *mss.* gentis *vulgo* | 9. lybio *PD*, libio *RB*, Libya Aegyptia vocatur *vulgo. Λιβυαιγύπτιοι primus Ptol. IV 5, 26* | 9. aut *R*, haut *PBD*, haud *r* | 9. litore: it *m. 2 in ras. P* | 11. oculto *P*, *corr. p* | 11. discendit, *sed corr., P* | 13. sinos, *sed corr., RP* | 14. ibi *mss.* ubi *vulgo* | 15. uiginti quatuor *D*, XXXIIII *B* | 16. discribsimus *PR*, descr. *r*, discripsimus *D* | 18. causasus, *sed corr., R* | 18. cimmerecum *D* | 22. parco ha trans *D*, *recte PR.* Parchoatras *vulgo. Παρχοάθρας Ptol. VI 4, 1 all.* | 22. arm///eniae *R*, armaeniae *P*. arminiae *D ut saepius* | 23. non ita *D* | 24. de radice *vulgo* | 24. parcohatre *PD*, -rae *R* | 24. affusus *PR*, eff. *R ex corr.* | 25. s*in*istram: in *in ras. P* | 26. cholchos *PR*, *recte D.*

Caucasus dicitur; a portis Caspiis usque ad Armenias pylas vel usque ad fontem Tigridi sfluminis inter Armeniam et Hiberiam montes Acroceraunii dicuntur; a fonte Tigridis usque ad Charras civitatem inter Massagetas et Parthos mons Ariobarzanes; a Charris civitate usque ad oppidum Catippi inter Hyrcanos et Bactrianos mons Memarmali, ubi amomum nascitur; a quo proximum iugum mons Parthau dicitur; ab oppido Catippi usque ad vicum Safrim inter Dahas, Sacaraucas et Parthyenas mons Oscobares, ubi Ganges fluvius oritur et laser nascitur; a fonte fluminis Gangis usque ad fontes fluminis Ottorogorrae, qui sunt a septemtrione, ubi sunt montani Paropanisadae, mons Taurus; a fontibus Ottorogorrae usque ad civitatem Ottorogorram inter Chunos, Scythas et Gandaridas mons Caucasus; ultimus autem inter Eoas et Passyadras mons Imavus, ubi flumen Chrysorroas et promunturium Sámara orientali excipiuntur oceano. Igitur a monte Imauo, hoc est ab imo Caucaso, 18
et dextra orientis parte, qua oceanus Sericus tenditur, usque ad promunturium Boreum et flumen Boreum, inde tenus Scythico mari, quod est a septemtrione, usque ad mare Caspium, quod est ab occasu, et usque ad extentum Caucasi iugum, quod est ad meridiem, Hyrcanorum

---

1. causasus, *sed corr.*, *P* | 1. caspi *PR*, caspiis *D r* | 1. pilas *PRD* | 2. hyberiam *P*, hib. *D* ib. *R* | 2. acrocherauni *RP*, *recte D; sic Strabo all.* | 3. charras *codd.* Carras *vulgo* | 3. *multa in sequentibus non nota sunt* | 4. charris *omnes* | 5. catippi *PR* (-ppii *r*) cathippi *D*, cathyppi *B* | 5. hircanos *PRD* | 5. memormali *B*, *dedi ex PRD* | 6. parthau *omnes* | 7. catippi *PR* (-ppii *r*), cathippi *D*, cathyppi *B* | 7. safrim *omnes* Saphrim *edd.* | 7. dahas (*ex* dehas *R*) *PRD*, dachas *B* | 7. sacaraucas *PR* (*Σακάραυλοι sunt Straboni XI p. 511.* Camacas (*lege* Cauracas) *Plinius VI 21; 50*) taraucas *DB*, tauriocas *m. vetus in mg. R.* ac Araucas *vulgo* | 7. partyenas *P*, parthienas *D* | 8. osc$\overset{o}{a}$bares *P*, oscobares *R*, oscubares *D*, oscobaris *B* | 8. las////er *R*, lacer *P*, *corr. p* | 9. ganges *PR* | 9. octorogorrae (c *in* g *corr.*) *R*, ottoro-$\overset{o}{g}$arrę (o *m. 2*) *P*, attorogorre *D* | 10. paropan (n *ex* m *P*) isadae *omnes* | 11. oct. *corr. in* ott. *R*, oct *et P*, attorogorre *D* | 11. octogoram *sed corr. R*, ottogoram *P*, ottorogoram *D* | 11. Hunnos *vulgo: fortasse* Thunos? *cf. Honor. c. 13*, funos *PR*, hunos *R ex corr.*, hunus *D*, chunos *B*; *deinde* et *supr. lin. add. R* | 11. sc$\overset{i}{u}$tas *R*, scytas *P*, scithas *D*, scythasque *B* | 12. gandaredas *PR*, *Γανδαρίδαι Diodorus* | 12. causasius, *sed corr.*, *R* | 12. coas *P*, eoas *RD* | 12. passiadras *D*, *sequor PR*, *Πασιανοί Strabo 511* | 13. imauus *PRB*, inmauus *D* | 13. crysoroas *PR*, chrisurhoas *D* | 13. promun$\overset{c}{t}$urium *R m. pr.*, *D et P (ubi* n *add. p)* | 13. samara *omnes* | 14. imauo *PRD*, imaui *B* | 15. quo *R* | 15. promuntorium *PR*, -turium *D* | 16. scyticu *P*, -icum *Rp* | 16. mari *PR*, mare *R ex corr.*; *recte D* | 18. causasi, *corr.*, *R* | 18. est *supr. scr. R* | 18. hircano *D*.

et Scytharum gentes sunt XLII, propter terrarum infecundam diffusionem late oberrantes.

19 Mare Caspium sub aquilonis plaga ab oceano oritur, cuius utraque circa oceanum litora et loca deserta incultaque habentur; inde meridiem versus per longas angustias tenditur, donec per magna spatia dilatatum Caucasi montis radicibus terminetur. Itaque a mari Caspio, quod est ad orientem, per oram oceani septemtrionalis usque ad Tanaim fluvium et Maeotidas paludes, quae sunt ad occasum, per litus Cimmerici maris, quod est ab africo, usque ad caput et portas Caucasi, quae sunt ad meridiem, gentes sunt triginta quattuor. Sed generaliter regio proxima Albania, ulterior sub mari et monte Caspio Amazonum nominatur.

20 Expliciti sunt quam brevissime fines Asiae; nunc Europam, in quantum cognitioni hominis conceditur, stilo pervagabor.

21 A montibus Riphaeis ac flumine Tanai Maeotidisque paludibus, quae sunt ad orientem, per litus septemtrionalis oceani usque ad Galliam Belgicam et flumen Rhenum, quod est ab occasu, deinde usque ad Danubium quem et Histrum vocant, qui est a meridie et ad orientem directus ponto accipitur: ab oriente Alania est, in medio Dacia, ubi et Gothia; deinde Germania est, ubi plurimam partem Suevi tenent. Quorum omnium sunt gentes LIIII. Nunc quicquid Danubius a barbarico ad mare nostrum secludit, expediam.

22 Moesia ab oriente habet ostia fluminis Danubii, ab euro Thraciam, a meridie Macedoniam, ab africo Dalmatiam, ab occasu Histriam, a circio Pannoniam, a septemtrione Danubium.

23 Thracia habet ab oriente Propontidis sinum et civitatem Constantinopolim, quae Byzantium prius dicta est; a septemtrione partem Dal-

---

1. scytarum *PR* | 1. quadragenta tres *D*, XLIIII *B*, XLII *PR* | 3. utraque: ra *in ras. P* | 6. a mare *PR* | 8. cimmirici *D* | 9. affrico *R sed corr.*, *B* | 10. a meridie *DB* (-diae *D*) | 10. triginta quatuor *P*, XXXIIII *R*, XXXII *B* | 11. *interpunctionem mutavi;* Albania ulterior, sub *edd.* | 14. ripheis *PR*, /////ipheis *D*, rifeis *B* | 14. tanaim *PR* | 14. meotiisque *P* | 15. septemtrionalis *ex* -les *P* | 17. danuuium *D* | 17. et ad] *vulgo* ad | 18. excipitur *vulgo* | 18. halania *D* | 19. germania *corr. ex* germnia *R* | 19. *cf. Tacitus Germ. 38* 'Suebi maiorem Germaniae partem obtinent' | 19. suaeui *PR*, su//////// *D*, sueaui *B* | 20. quinquagenta quattuor *D* | 20. danuuius *D* | 22. misia *R* (mesia *r*), mysia *P*, moesia *DB* | 22. danuuii *D*, *ut ubique* | 22. trachiam *R*, tra^{c}hiam *P*, *recte D* | 23. machedoniam *Rp*, machaedoniam *P* | 23. historia *D* | 23. cirtio *R* | 25. trachia *PR* | 25. constantiinopolim (*alterum* i *erasum*) *R*, constantin^{o}upulim *P* | 26. byzãtiũ *P* (ã *m. 2*) | 26. a septentrione Hister obtenditur *Isidorus XIV 4, 6.*

matiae et sinum Euxini ponti, ab occasu et africo Macedoniam, a meridie Aegaeum mare.

Macedonia habet ab oriente Aegaeum mare, a borea Thraciam, ab 24
euro Euboeam et Macedonicum sinum, a meridie Achaiam, a favonio montes AcroceraunIae in angustiis Hadriatici sinus, qui montes *siti* sunt contra Apuliam atque Brundisium, ab occasu Dalmatiam, a circio Dardaniam, a septemtrione Moesiam.

Achaia undique propemodum cincta est mari; nam ab oriente habet 25
Myrtoum mare, ab euro mare Creticum, a meridie Ionium mare, ab africo et occasu Cephaleniam et Cassiopam insulas, a septemtrione sinum Corinthium, ab aquilone angustum terrae dorsum, quo Macedoniae coniungitur vel potius Atticae, qui locus Isthmos vocatur, ubi est Corinthus, habens in Attica ad boream non longe Athenas civitatem.

Dalmatia habet ab oriente Macedoniam, ab aquilone Dardaniam, 26
a septemtrione Moesiam, ab occasu Histriam et sinum Liburnicum et insulas Liburnicas, a meridie Hadriaticum sinum.

Pannonia, Noricus et Raetia habent ab oriente Moesiam, a meridie 27
Histriam, ab africo Alpes Poeninas, ab occasu Galliam Belgicam, a circio Danubii fontem et limitem, qui Germaniam a Gallia inter Danubium † Galliamque secernit, a septemtrione Danubium et Germaniam.

Italiae situs a circio in eurum tenditur, habens ab africo Tyrre- 28
num mare, a borea Hadriaticum sinum, cuius ea pars, qua continenti terrae communis et contigua est, Alpium obicibus obstruitur, quae a Gallico mari super Ligusticum sinum exsurgentes primum Narbonensium

---

1. macedoniam *RD*, machedoniam *Pr* | 2. aegeum *omnes ubique* | 3. machedonia *PR* | 3. trachiam *R*, tra////chiam *P* | 4. machedonicum *PR* | 4. achai[a]m (aia *m. 2*) *P* | 4. fabonio, *sed corr*, *R* a f *m. 2 P* | 5. acrocherauniae *PR*, *recte D*; -nios *vulgo* | 5. hadrici *P*, hadriatici *R p B*, atriatici *D* | 5. siti////// ~st *R*, siti *om. rell. et edd.* | 6. adque *PRB*, atque *rp D* | 6. brudissiũ *R*, (brindissiũ *r*), brundissium *P*, *recte D.* | 6. cir////tio *R* | 7. moesiam *in ras. P* | 8. ach[a]///ia *R* | 8. undi///que (e *ex* i) *P* | 9. myrthoum *P*, myrteum *DB*, myrtheum *R* (-oum *r*) | 10. occasu Cassiopas insulas *Isid. XIV* 4, *14* | 10. cefalliniam *PR* | 10. cassiopam *sic PR* | 10. septemtrionem *P*, *corr. p* | 11. quo] q////// *P* | 11. machaedoniae *R*, machedoniae *P* | 12. isthemos *PR* | 12. ubi] huius caput *Isid. l. c.* | 14. machedoniam *R*, machedoniam *P* | 15. libur///nicas *P* | 15. insulas XX Liburnicas *B* | 17. retia *PR*, ritia *D* | 18. poeninas *sic PRDB*, Penninas *vulgo* | 18. cirtio *R* | 20. Galliamque: *utique scribendum* Rhenumque. *nisi forte praeferendum quod habet Isidorus XIV* 4, *16* 'limitem qui Germaniam Galliamque secernit'. | 21. cirtio *R* | 22. hatr. *P sed corr.*, *D* | 23. quae gallicum *sed corr. P* | 24. exsurgentes *R* (*sed prior s crasa*), *Dp* exurgentes *P*.

fines, deinde Galliam Raetiamque secludunt, donec in sinu Liburnico defigantur.

29 Gallia Belgica habet ab oriente limitem fluminis Rheni et Germaniam, ab euro Alpes Poeninas, a meridie provinciam Narbonensem, ab occasu provinciam Lugdunensem, a circio oceanum Britannicum, a septemtrione Britanniam insulam.

30 Gallia Lugdunensis ducta per longum et per angustum inflexa Aquitanicam provinciam semicingit. Haec ab oriente habet Belgicam, a meridie partem provinciae Narbonensis, qua Arelas civitas sita est *et* mari Gallico Rhodani flumen accipitur.

31 Narbonensis provincia, pars Galliarum, habet ab oriente Alpes Cottias, ab occidente Hispaniam, a circio Aquitanicam, a septemtrione Lugdunensem, ab aquilone Belgicam Galliam, a meridie mare Gallicum, quod est inter Sardiniam et insulas Baleares, habens in fronte, qua Rhodanus fluvius in mare exit, insulas Stoechadas.

32 Aquitanica provincia obliquo cursu Ligeris fluminis, qui ex plurima parte terminus eius est; in orbem agitur. Haec a circio oceanum, qui Aquitanicus sinus dicitur, ab occasu Hispanias habet, a septemtrione et oriente Lugdunensem, ab euro et meridie Narbonensem provinciam contingit.

33 Hispania universa terrarum situ trigona *est* et circumfusione oceani Tyrrenique pelagi paene insula efficitur. Huius angulus prior, spectans ad orientem, a dextris Aquitanica provincia, a sinistris Baleario mari coartatus, Narbonensium finibus inseritur. Secundus angulus circium intendit, ubi Brigantia Gallaeciae civitas sita altissimam farum et

1. retiamque *omnes* | 3. *De Hugonis Flaviniacensis testimonio cf. Cosmographia h. l.* | 4. euro habet *DB* | 4. poeninas *omnes* | 5. lugudunensem *B*, lugdonensem *D* | 5. circi///o *R* | 5. brittanicum *PR* (*ubique sic:* ttan), -ann- *DrB* | 6. brittaniam *PR* (*sic ubique*), n *add. r (sic ubique)* | 7. lugdonenses *D* | 9. harelas *PR*, arilas (r *ex* b *m. pr.*) *D* | 9. et *om. PRDB*, *add. r* | 10. rodani *PR*, rhotani *D*, rhodani *B* | 10. excipitur *vulgo* | 11. prouintia *P* | 11. alpaes *PR*, *corr. p r* | 12. ////cotti////as (*olim* scotticas) *R*, scottias *B*, *recte PD* | 12. circi////o *R* | 12. aquitanicam *omnes;* c *expunctum in R.* -iam *vulgo* | 13. lugud. *B*, lugnensem *D* | 14. beleares *P*, *corr. p* | 14. qua//// *R* | 15. rodanus *PR* | 15. sthoecadas *R*, stoecadas *P*, sticadas *D*, stych. *B* | 16. prouintia *PR* | 16. ligeri *PR*, -ris *DB* | 17. terminus eius est eamque paene in orbem cingit *Isid. XIV 4, 27* | 17. cirtio *R* | 18. septentrione *hic P* | 19. lugudun. *B*, lugdon. *D* | 21. est et *edd.*, est *om codd.* | 22. tyrreneque *sed corr. P* | 22. pene *D* | 22. angulos *sed corr., P* | 23. aquitania *D* | 23. ualearico *PR* bal. *R ex corr.* baliarico *D* | 24. coartatur *PR*, -tus *DB* | 25. brigancia *D* | 25. galleciae *PR*, galliciae *Dr*, gallicae *B* | 25. sita sit *R* | 25. altissimam *sic omnes* | 25. farum (-um *ex* -am *P*) *PRDB*, pharum *edd.*

inter pauca memorandi operis ad speculam Britanniae erigit. Tertius angulus eius est, qua Gades insulae intentae in africum Athlantem montem interiecto sinu oceani prospiciunt.

Hispaniam citeriorem ab oriente incipientem Pyrenaei saltus a 34
parte septemtrionis usque ad Cantabros Asturesque deducit, atque inde per Vaccaeos et Oretanos, quos ab occasu habet; posita in nostri maris litore Karthago determinat.

Hispania ulterior habet ab oriente Vaccaeos, Celtiberos et Oreta- 35
nos, a septemtrione oceanum, ab occasu oceanum, a meridie Gaditanum oceani fretum; unde mare nostrum, quod Tyrrenum vocatur, inmittitur.

Et quoniam oceanus habet insulas, quas Britanniam et Hiberniam 36
vocant, quae in aversa Galliarum parte ad prospectum Hispaniae sitae sunt, breviter explicabuntur. Britannia oceani insula per longum in 37
boream extenditur. A meridie Gallias habet. Cuius proximum litus transmeantibus civitas aperit quae dicitur Rutupi portus; unde haut procul a Morinis in austro positos Menapos Batavosque prospectat. Haec insula habet in longo milia passuum DCCC, in lato milia CC; a tergo autem, unde oceano infinito patet, Orcadas insulas habet, quarum XX desertae sunt, XIII coluntur.

Deinde insula Thyle, quae per infinitum a ceteris separata circium 38
versus medio sita oceani vix paucis nota habetur.

Hibernia insula inter Britanniam et Hispaniam sita longiore ab africo 39

---

2. eius angulus *R*, angulus eius *PD* | 2. qua *R ex corr.*, *D*, qui *PR* | 2. intente *P*, *corr. p* | 2. affricum *PRB* | 2. athlantem *omnes* | 3. interiecto/// *PR* (-tos *olim P*), -tu *D* | 4. pyrenei *PR*, pyrinei *DB* | 5. turresque *B* | 5. deducunt *edd.* | 5. adque, *sed corr.*, *P* | 6. pergit per *puto* | 6. uaccheos *P*, uacceos *R* (*sed* u *in* b *corr.*), *B* | 6. uacceus et oretanus *D* | 6. qu[o]as *R*. quas (*ex* quos?) *P* | 6. post *Cosmogr.*, *recte ?* positas *R* | 6. nostri//// *R* | 7. carthaco *D*, karthago *PR* | 8. uaccheos *R* (*sed* u *in* b *corr.*), *P*, uacceos *BD* | 9. a meridie *om. P*, *add. supr. lin. p* | 9. gadetanum *R* (*sed cor.*), *P* | 10. uocatur: tur *m. 2 in P* | 10. emittitur *D* | 11. britaniam *hic P*, (-ttan- *RDp*) | 11. hiberniam *Rp*, biuerniam *P*, hiberiam *D* | 12. aduersa *D* | 12. sitae: si *m. 2 P* | 13. occeani, *sed corr.*, *P* | 15. aperitque *P*, *num* apparet? | 15. ruth. ubi *R*, ruthubi *P*, rut. ubi *D*, rutupi *B*. *Ῥουτούπιαι Ptol. II 3, 27* | 15. [o]aut *in* haud *corr. R*, haut *rell.* | 16. morynis *RB*, marynis *P*, morinis *D* | 16. menapos *omnes*, *cf. Martial. XIII 54, 2.* Menapios *vulgo* | 17. passum *PR* | 17. octingenta *D* | 17. docenta *D*, CC milia CC (*prius* CC *erasum*) *P* | 18. dergo, *corr.*, *P* | 19. uiginti *D* | 19. tredicim *D*, XIII *corr. ex* XIIII *P* | 20. tyle *Rp*, tylae *P*, thulae *D*, thola (-ae *in mg.*) *B* | 20. circinum (n *eras.*) *R* | 22. hiuernia *P* | 22. brita taniam *P*, brittaniam (t *erasa*, n *addita*) *R* | 22. affrico *R*.

in boream spatio porrigitur. Huius partes priores intentae Cantabrico
oceano Brigantiam Gallaeciae civitatem, ab africo sibi in circium occur-
rentem, spatioso intervallo procul spectant, ab eo praecipue promuntorio,
ubi Scenae fluminis ostium est et Velabri Luceniquc consistunt. Haec
propior Britanniae, spatio terrarum angustior, sed caeli solique temperie
40 magis utilis, a Scottorum gentibus colitur. Huic etiam Mevania insula
proxima est, et ipsa spatio non parva, solo commoda; aeque a Scot-
torum gentibus habitatur.

Hi sunt fines totius Europae.

41 Africam, ut dixi, cum tertiam orbis partem maiores nostri accipi-
endam descripserint, non spatiorum mensuras, sed divisionum rationes
secuti sunt. Mare hoc siquidem Magnum, quod ab occasu oceano exoritur,
in meridiem magis vergens angustiorem inter se et oceanum coartatae
Africae limitem facit. Unde etiam aliqui, quamvis eam longitudine
parem, tamen multo angustiorem intellegentes, inverecundum arbitrati
tertiam vocare partem, sed potius in Europam Africam deputantes, [hoc
42 est] secundae portionem appellare maluerunt. Praeterea cum multo
amplius terrae in Africa ardore solis, quam in Europa rigore frigoris
incultum atque incognitum sit — quippe cum omnia paene animantia
vel germinantia patientius et tolerabilius ad summum frigoris quam ad
summum caloris accedant —: ea scilicet causa est, Africam per omnia
situ et populis minorem videri, quia et natura sui minus habeat spatii
et caeli inclementia plus deserti. Cuius descriptio per provincias et
gentes haec est.

43 Libya Cyrenaica et Pentapolis post Aegyptum in parte Africae

---

2. briganciam *D* | 2. gallaetiae (c *supra* t) *P*, gallaeciae *R*, galliciae *D* | 2. ab-occurrentem *om. P*, *add. p* | 2. affrico (f *eras.*) *R* | 2. circinum (n *eras.*) *R* | 3. praecipuae *P* | 3. promunturio *D*, -orio *RP* | 4. scenae *R*, scaenae *P*, scenice *D*, scoenae *B*, *Σήνου Ptol. II 2, 4* | 4. *Οὐελλέβοροι* et *Αὐτεινοί* (*fortasse Αυτειvoί*) *Ptol. II 2, 5* | 4. lucernae quae *D* | 5. prop////ior (r *eras.*) *RP* | 5. solique *PR*, solisque *D r B* | 5. temperiae *P* | 6. 'scot' *in ras. P*, scotthorum *PR*, scoxtorum *D*, scuttorum *B*, Scotorum *edd.* | 6. Menavia *Cellarius*, Monapia *Plin. IV 103*, meuania *codd.* ł euonia *r in mg.* | 7. solo *ex* sola *P*, solo *R* | 7. aequae *P* | 7. scotthorum *R*, scottorum *PD*, scuttorum *B* | 9. hi//// *R*, hii *P* | 11. discr. *D*, describserint *P* | 14. fecit *PD*, facit *Rp* | 14. longitudinem *P* | 15. arbitrati sunt *r*, *edd.* sunt *om. PRDB* | 16. hoc est *PRDB*; *sed om. edd.* | 17. portionis *R* (*sed* is *in ras.*), *B* | 17. propterea. *sed corr.*, *R* | 19. adque, *P m. pr.* | 19. pene *R* | 20. tollerabilius, *sed corr.*, *R* | 21. causa: u *in ras. P* | 23. describtio, *corr.*, *R*; b *ex* p *in P* | 23. prouintias *R* | 25. Libia *RD*, lybia *P* | 25. cyrenayca *D* | 25. et: *puto* vel.

prima est. Haec incipit a civitate Paraethonio et montibus Catabathmon; inde secundo mari usque ad aras Philaenorum extenditur. Post se habet usque ad oceanum meridianum gentes Libyoaethiopum et Garamantum. Huic est ab oriente Aegyptus, a septemtrione mare Libycum, ab occasu Syrtes maiores et Trogodytae, contra quos insula Calypso est, a meridie Aethiopicus oceanus.

Tripolitana provincia, quae et Subventana vel regio Arzugum 44
dicitur, ubi Leptis Magna civitas est, quamvis Arzuges per longum Africae limitem generaliter vocentur, habet ab oriente aras Philaenorum inter Syrtes maiores et Trogodytas, a septemtrione mare Siculum vel potius Hadriaticum et Syrtes minores, ab occasu Byzacium usque ad lacum Salinarum, a meridie barbaros Gaetulos, Natabres, et Garamantas usque ad oceanum Aethiopicum pertingentes.

Byzacium, Zeugis et Numidia. Zeugis autem prius non unius con- 45
ventus, sed totius provinciae generale nomen fuisse invenimus. Byzacium ergo, ubi Adrumetus civitas, Zeugis ubi Karthago Magna, Numidia ubi Hippo Regius et Rusiccada civitates sunt. Habent ab oriente Syrtes minores et lacum Salinarum, a septemtrione mare nostrum, quod spectat ad Siciliam et Sardiniam insulas, ab occasu Mauretaniam Sitifensem, a meridie montes Uzarae, et post eos Aethiopum gentes pervagantes usque ad oceanum Aethiopicum.

---

1. parethonio *PRDB* (phar. *r*) | 1. chathabathmon *R*, cathabatmon *P*, (thm *p*) | 2. philenorum *PRD* | 3. lybio *PRB*, libio *D*, lybic *r* | 4. lybicum *PRB*, libecum *D* | 5. trogodytae *PR*, troogodicae *D*, rogloditae *B*, Troglodytae *vulgo* | 6. a meridie Aethiopia *Isid. XIV 5, 4* | 7. prouintia *R* | 7. subuentana *omnes* | 7. religio, *sed corr.*, *R* | 7. arguzum *R*, *corr. r*, arzucum *D*, *recte PBr* | 8. leptis, i *ex* u *corr.*, *P* | 8. arzuges *omnes* | 9. ares[a] *P* | 9. philenorum *R* (*ubi* e *ex* o *corr.*), philinorum *D* | 10. trogo dytas *PR*, r (tr *D*) ogloditas *BD* | 11. bizacium *D*, *recte PR* | 11. *Dicuil 8, 7, 1* 'In Cosmographia legitur, quod Salinarum lacus in Africa, qui est in Tripolitana provincia et in regione Byzacio, in lunari mense crescit atque decrescit' (?) *cf. infra 49* | 12. getulos *omnes* (-lus *D*) | 12. *sic P*; nazabres *R*, nathabres *BD*, Nothabres *vulgo*, Natabudes *Plin. V 30; et cf. Iul. Honorius 48* | 14. Byzatium[i] *R*, *recte cett.* | 14. zeuges *P* (-is *rell.*) | 15. fuisse nomen *vulgo* | 15. bizacium *P ex corr.*, *RD*, bazacium *P* | 16. adrumetus *P et* (*olim* -rūm-) *R*, hadrumetas *D* | 16. carthago *D* | 17. yppos *PR*, ippus *D*, chyppus *B* | 17. rusicada (-dae *al. m.*) *R*, *recte all.*, rusi[c]cada *P* (c *m. 1 ut videtur*) | 17. habet *D* | 19. mauritaniam *Rp* | 20. uzare *PRD*, utzare *B*, *Οὐζάραι Ptol. IV 3, 26.*

46 Sitifensis et Caesariensis Mauretania habent ab oriente Numidiam, a septemtrione mare nostrum, ab occasu flumen Malvam, a meridie montem Astrixim, qui dividit inter vivam terram et harenas iacentes usque *ad* oceanum; in quibus oberrant Gangines Aethiopes.

47 Tingitana Mauretania ultima est Africae. Haec habet ab oriente flumen Malvam, a septemtrione mare nostrum usque ad fretum Gaditanum, quod inter Abennae et Calpis duo contraria sibi promuntoria coartatur; ab occidente Athlantem montem et oceanum Athlanticum, sub africo Hesperium montem, a meridie gentes Autololum, quas nunc Galaules vocant, usque ad oceanum Hesperium contingentes.

48 Hic est universae terminus Africae. Nunc insularum quae in nostro mari sunt loca nomina et spatia dimetiar.

49 Insula Cypros ab oriente mari Syrio, quem Issicum sinum vocant, ab occidente mari Pamphylico, a septemtrione Aulone Cilicio, a meridie Syriae et Phoenices pelago cingitur; cuius spatium in longo tenet milia passuum CLXXV, in lato milia passuum CXXV.

50 Insula Creta finitur ab oriente Carpathio mari, ab occasu et septemtrione mari Cretico, a meridie mari Libyco, quod et Hadriaticum vocant. Habet in longo milia passuum CLXXII, in lato L.

---

1. Sytifensis *R* | 1. et *D*, *om. PR* | 1. mauritania *r* | 1. habet *PRD*, *recte?* | 2. septemtrionem *P* | 2. malbam *PR*, maluam *Dr*, malua *B*, *Μαλούας Ptol. IV 1, 7. 2, 1*; *cf. Honorius 47* | 3. montem//// *R* | 3. astraxim *B*, astrixim *PRD*. *mons ceteris ignotus* | 4. ad *B*, *om. PRD* | 4. o oceanum *P* | 4. et oberrant *vulgo* | 4. gangines *omnes* (Bangenos *et* Zangenas *Plinii VI 176 hic afferre nolim*) | 6. ^{m}albam *P*, malbam *R*, maluam *DBr* | 6. gadetanum *PR* | 7. hauenne *R*, haue^{n}nae *P* (^{n} *a m. 2?*), auennae *D*, Auennei gens *Honorius 48* | 7. calpis *PRB*, calpes *D* | 7. promuntoria *P*, -turia *RD* | 8. cohartantur *PR*, *recte Dr*; h *delevit p* | 8. athlantem *omnes*, h *del. b.* | 8. athlanticum *PRD* | 8. sub: *lege* ab | 9. aulololum *P*, aulolum *RD alii*; *corr. Muellenhoff* | 9. gaulaules *P* (*sed corr.*), *R*, galaules *B*, alaules *D*, Gaulalum gentes *Isid.* | 11. uniuersus *omnes* | 11. *Aethiopiam addit Isidor. XIV 5, 14* | 13. ciprus *D* | 13. *Dicuil 8, 1, 2* 'Insula Cyprus in Cosmographia CLXXV habere in longitudine legitur, et latitudine CXXV mil. passuum; et Creta in longitudine CLXXII ab oriente in occidentem, atque in latitudine L milia passuum.' *Haec ex ipso Orosio sumpsit, sed in nomine libri erravit* | 13. quem] quod *DB* | 13. issicum *PR*, misicum *B* | 13. sinum *in ras. P* | 14. pamphilico *omnes* | 14. cylicio *B*, cilico *rell.* | 15. phoenicis *P*, phonico//// (o *in* e *corr.*, s *eras.*) *R*, phuenicis *D* | 15. cinguntur, *sed corr.*, *R* | 16. passum *PR* (u *add. r*) | 16. *numeros vocibus exprimit D* | 16. passum *P* | 17. carphatio *PR* | 18. lybico *PR* | 18. et *om. P*, *add. p in rasura* | 18. adriat. *hoc loco R* (?) *PD* | 19. passum *PR* (u *add. r*).

9 Item a flumine Euphrate, quod est ab oriente, usque ad mare nostrum, quod est ab occasu, deinde a septemtrione et Euphrate, id est a civitate Dacusa Euphratis, quae in confinio Cappadociae *et Armeniae* sita est, haud procul a loco ubi Euphrates nascitur, usque ad Aegyptum et extremum sinum Arabicum, qui est a meridie longo angustoque sulco † saxis inclusus usque ad Rubrum mare, id est ab oceano occasum versus extenditur, Syria generaliter nominatur, habens maximas provincias, id est Commagenam Phoeniciam et Palaestinam, absque Saracenis et Nabatheis, quorum gentes sunt numero XII.

---

2. ab oriente *VL* | 2. inditico *L* | 5. reliquas ciuitates *L*; *cf. Orosius* | 6. inhabitabilibus *L* | 7. quod *L*, qui *V* | 7. tygrim *V* | 8. quod est ad occasum *Or.*] et caucasum *VL* | 8. taracosia *VL* | 8. Parthia *Or.*, *om. VL* | 8. syria *V*, sira *L* | 8. persida *V*, persia *L* | 9. habet *VL* | 11. idaspem et caruim *V*, hidaspim et arium *L* | 11. habet *VL* | 12. habitant *L* | 13. uniuersae *VL* | 14. tygri *L*, tygris *V* | 14. eupraten *V* | 16. Babylonia] ab aquilone *L et post decem litterarum lacunam V* | 16. caldea *V* | 19. eufrate, *ita plerumque scriptum est, L*, euphraten *V* | 19. et euphrate *V* (-fr *L*) | 20. id est] id *L* | 21. a ciuitate dacus. eufrates qui in confinio *VL* (in *om. L*) Dagusa *Or.* | 21. et Armeniae *Or.*, *om. VL* | 22. situs est *VL* | 23. sinum] suum *L* | 24. *cf. Orosius* | 24. id ab oceano occasu *L* | 25. siria *L* | 25. nominantur *L* | 25. habens *Or.*: hinc sunt *V*, hic sunt *L* | 26. maximae prouinciae *L* | 26. phoeniam *V*, phenicem *L* | 26. et *om. L* | 27. saraceis *L*, saracinis *V* | 27. et nauatheis *VL*.

In capite Syriae Cappadocia est, quae habet ab oriente Armeniam, 10 ab aquilone Themiscyrios campos et mare Cymmericum, ab occasu Asiam, a meridie Taurum montem, cui subiacet Cilicia et Isauria usque ad Cilicium sinum, qui expectat contra insulam Cyprum.

Asia regio vel (ut proprie dicam) Asia minor absque orientali 11 parte, qua ad Cappadociam Syriamque protenditur, undique circumdata est mari: a septemtrione Ponto Euxino, ab occasu Propontide *atque* Hellesponto, a meridie mari nostro. Ubi est mons Olympus.

Aegyptus inferior est, quae habet ab oriente Syriam Palaesti- 12 nam, ab occasu Libyam, a septemtrione mare Tyrrenum, a meridie montem qui appellatur Climax, *et* Aegyptum superiorem. Quae habet fluvium Nilum, qui de litore incipientis maris Rubri videtur emergere in loco, qui dicitur Mossylon emporium: deinde diu ad occasum profluens facit insulam nomine Meroen in medio sui, novissime a septemtrione inflexus tempestivis auctus incrementis plana Aegypti rigat. Hunc aliqui auctores haud procul ab Athlante monte habere fontem dicunt et continuo terrae inmergi; inde interiecto brevi spatio latissimo lacu exundans atque *hinc* in oceanum orientalem versus per Aethiopica deserta prolabitur. Rursus inflexus a sinistra ad Aegyptum descendit.

Quod quidem verum *est*, esse huiusmodi fluvium manifestum 13 et magnum, qui tali ortu talique cursu sit, ut Nilus intellegatur, nam et monstra et cetera similia gignit; qui utique prope fontem barbaris Dara nominatur † Nilus sicut ceteri accolae vocant. Sed hic in regione gentium, quae Libyoaegyptiae vocantur, haud procul ab illo fluvio, quem a litore maris Rubri prorumpere diximus, inmenso lacu

---

1. syriae cappadociae cappadocia est *L* | 1. armoeniã *VL* 2. ethemyscirios *V* | 2. cynmericum *V*, cymmericum *L* | 3. asiam *V* (minorem *add. m. 3*) | 3. ciliciam et *V* | 4. ad cilium *L*, ad cilicum *V* | 4. exspectat *VL*, spectat *Oros.*, *v* | 5. minorum *L* | 6. parte *V*, *om. L* | 6. qua *Or.*] usque *VL* | 7. ponto casippino *VL* | 7. propontode *L* | 8. atque *Or.*, *om. VL* | 8. est qui *V* | 9. palestinam *ut ubique V* | 10. lybiam *V*, libiam *L* | 10. tirrenũ (*sic vel* tyrrenum *plerumque*) *L* | 11. clymax (climax *L*). Aegyptus superior est quae (qui *V*) habet *VL*, *correxi* | 12. nylum *V* | 13. mons silon porium *VL* | 15. ad septemtrionem *Or. qui saepius vocula 'ad' utitur in regionibus definiendis, ubi noster 'a' vocem habet* | 15. infestus *VL* | 15. actus *VL* | 16. haud *sic VL* | 17. spacio, *sic plerumque L* | 18. hinc *om. VL* | 19. aethiopia *L* | 20. discendit *V* | 21. est om. *VL* | 21. et (*om. V*) manifestum et *VL*, *om. Or.* verum et manifestum est, esse *conicio* | 22. sit *om. L* | 22. nilos *L* | 23. caetera *L* | 24. barbarida nominatur *VL* | 24. nylus (nilus *L*) sicut *VL*; *scribe* Nuhul vero | 25. uocantur *L* | 25. libio aegyptia *V*, libio aegyptio *L* | 25. uocatur *VL*.

acceptus absumitur; nisi forte † in eius meatu occulto in alveo eius, qui ab oriente descendit, eructat.

14 Aegyptus superior in orientem per longum extenditur; cui est a septemtrione sinus Arabicus, a meridie oceanus; nam ab occasu ex inferiore Aegypto incipit, ab oriente Rubro mari terminatur. Ubi morantur diversarum nationum gentes numero XXIIII.

15 Et quia a meridiana parte universam Asiam descripsimus, superest ut ab oriente et septemtrione partes quae restant expediantur.

16 Mons Caucasus inter Colchos, qui sunt super Cymmericum mare, et inter Albanos, qui sunt ad mare Caspium, primum attollitur. Cuius quidem usque in ultimum orientem unum videtur iugum, sed multa sunt nomina: et multi hoc iugum Tauri montem credi volunt, quia re vera Parchoatras mons Armeniae, inter Taurum et Caucasum medius, continuare Taurum cum Caucaso existimatur. Sed hoc ita non esse discernit fluvius Euphrates, qui a radice Parchoatrae montis effusus in meri-
17 diem tendens ipsum ad sinistram, Taurum excludit ad dextram. Itaque ipse Caucasus inter Colchos et Albanos, ubi et portas habet, mons *Caucasus* dicitur; a portis Caspiis usque . . . . ad fontem Tygridis fluminis inter Armeniam et Hiberiam montes Acroceraunii dicuntur; a fonte Tygridis usque ad Carras civitatem inter Massagetas et Parthos mons Ariobarzanes; a Carris civitate usque ad oppidum Catippi inter Hyrcanos et Bactrianos mons Menalius, ubi amomum nascitur; a quo proximum iugum mons Pariao dicitur; ab oppido Catippi usque ad vicum Safrim inter Dahas, Sacauracas et Parthyenas mons Oscovaris, ubi Ganges fluvius oritur, quem et Padum dicunt. *A fonte fluminis Gangis usque ad fontes fluminis Ottorogorrae, qui sunt a septentrione, ubi sunt montani Paropanisadae, mons Taurus; a fontibus Ottorogorrae usque ad civitatem Ottorogorram inter Chunos, Scythas et Gandaridas mons Caucasus; ultimus autem inter Eoas et Passya-*

1. in eius] in *om. L. cf. Orosius* | 2. discendit eruptat *V* | 3. superior *om. L* | 3. ut in oriente *L* | 8. experiantur *V*, experiamur *L* | 9. cholchos *L (ita saepius)* | 9. cymmericum *L*, cyrenicum *V* | 13. Parcohatras *Or.* | 14. taurus cum *VL* | 15. parchoadrae *V* | 16. excludit. Ad extra *V*; dexteram *L* portas] caspici *add. v* | 18. Caucasus *om. VL* | 18. *lacunam indicavi, cf. Oros.* | 19. armoeniam *VL* | 19. acroceranni *VL* | 20. tygridis *V*, tigridis *L* | 20. usque ad] usque civitatem ad *VL* | 21. Charras *Or.* | 22. hilcados *VL* | 22. menalius *VL*, Memarmali *Or.* | 22. ammonium *V*, admomum *L* | 23. in quo *VL* | 23. pariao *V*, pario *L*, Parthau *Or.* | 23. catipsi *L* | 24. safri inter dassa cauracas et parthenas isponsos scouaris *VL*, Sacaraucas *Oros.* Oscobares *Or.* | 25. oritur et laser nascitur. A fonte *Or.* | 25. padum] Phison *scribendum puto cf. I 8.* | 25. A fonte — 95, 15 africo usque *vide pag. seq.*

dras mons Imavus, ubi flumen Chrysorroas et promunturium Samara
orientali excipiuntur oceano. Igitur a monte Imauo, hoc est ab imo 18
Caucaso, et dextra orientis parte, qua oceanus Sericus tenditur, usque
ad promunturium Boreum et flumen Boreum, inde tenus Scythico mari,
quod est a septemtrione, usque ad mare Caspium, quod est ab occasu,
et usque ad extentum Caucasi iugum, quod est ad meridiem, Hyrcanorum et Scytharum gentes sunt XLII, propter terrarum infecundam diffusionem late oberrantes.

Mare Caspium sub aquilonis plaga ab oceano oritur, cuius utraque 19
circa oceanum litora et loca deserta incultaque habentur; inde meridiem versus per longas angustias tenditur, donec per magna spatia dilatatum Caucasi montis radicibus terminetur. Itaque a mari Caspio, quod est ad orientem, per oram oceani septemtrionalis usque ad Tanaim fluvium et Maeotidas paludes, quae sunt ad occasum, per litus Cimmerici maris, quod est ab africo, usque ad caput et portas Caucasi, quae sunt a meridie, gentes inhabitant XXXIIII. Sed generaliter in regione proxima Albani morantur, ulterior circa mare et montem Caspium *Amazonum nominatur.*

Nunc Europam, in quantum condicioni humanae conceditur, indi- 20
cabo: in qua nobilis Italia reputatur. Incipit a montibus 21
Ripheis ac flumine Tanai Meotidisque paludibus, quae sunt ad orientem, per litus septemtrionalis oceani usque in Galliam Belgicam et flumen Rhenum, quod est ab occasu; deinde usque ad Danubium, quem et Histrum vocant, qui est a meridie et ad orientem directus Euxino Ponto suscipitur. Hinc ab oriente Alania est, in medio Dacia, ubi et Gothia; deinde Germania, ubi plurimam partem Suevi tenent. Quorum omnium gentes sunt LIIII. Nunc quicquid a barbarico Danubius usque ad mare nostrum interrunpit, expediam.

---

1. A fonte — africo usque *desunt in VL et quantum scimus in libris omnibus, e. c. in Vindobonensibus 3102 et 3103 vetusti Spirensis apographo et in Parisinis. In V post* dicunt *una linea vacua, in margine autem litteris uncialibus sed alio atque man. pr. atramento adscriptum est* 'hic minus habet'. *Suppleta sunt ex Orosio.* | 15. ad caput: *incipiunt VL* | 16. Sed generaliter regio proxima Albania, ulterior sub mari et monte Caspio *Or.* | 17. albani *V,* libani *L* | 17. in ulteriore *V* | 18. Amazonum nominatur *Or.*] asiae partis orientis *VL* | 18. *fol. 18ᵛ vacuum est in V* | 19. cognitioni *Or.* | 20. Incipit] 'europa' *add. v* | 21. ac fl.] a fl. *VL* | 21. tanais *V* | 21. meotisq.; *VL* | 22. pergit per *coni. Zangemeister* | 22. galliam: 'inclusive' *add. v* | 22. belligam *L* | 24. istrum *VL* | 24. Euxino *scripsi*: sicut *VL, om. Or.* | 25. suscipiatur *V* | 25. datia *V* | 26. gotia *VL* | 27. quidquid *V* | 27. danubii *V,* danubio *L* | 28. nostrum mare *L.*

22 Moesia ab oriente habet ostia fluminis Danubii, ab euro Thraciam, a meridie Macedoniam, ab africo Dalmatiam, ab occasu Histriam, a circio Pannoniam, a septemtrione Danubium.

23 Thracia habet ab oriente Propontidis sinum et civitatem Constantini, quae Byzantium prius dicta est; quae et Anthusa. A septemtrione Dalmatiam habet et sinum Euxini Ponti; ab occasu *et* africo Macedoniam, *a meridie Aegeum mare.*

24 *Macedonia habet ab oriente Aegeum mare,* a borea Thraciam, ab euro Euboeam et Macedonicum sinum, a meridie Achaiam et Aegeum mare, a favonio montes Acroceraunios in angustiis Hadriatici sinus, qui montes sunt contra Apuliam atque Brundisium; habet ab occasu Dalmatiam, a circio Dardaniam, a septemtrione Moesiam.

25 Achaia undique propemodum cincta est mari; nam ab oriente habet Myrtoum mare, ab euro mare Creticum, a meridie Ionium, ab africo et occasu habet Cephaliam et Cassiopiam insulas, a septemtrione sinum Corinthium, ab aquilone angustum terrae dorsum, quo Macedoniae coniungitur vel potius Atticae, qui locus Isthmos vocatur, ubi est Corinthus, † habens in Attica ad boream non longe Athenas civitatem.

26 Dalmatia habet ab oriente Macedoniam, ab aquilone Dardaniam, a septemtrione Moesiam, ab occasu Histriam et sinum Liburnicum et insulas Liburnicas, a meridie Hadriaticum sinum.

27 Pannonia, Noricus et Raetia habent ab oriente Moesiam, a meridie Histriam, ab africo Alpes † appenninas, ab occasu Galliam Belgicam, a circio fontem Danubii et limitem, qui inter Gallias et Germaniam † a Danubio dirimit, a septemtrione habent Danubium et Germaniam.

---

1. hostia *L* | 1. flumen danubium *VL* | 1 traciam *VL, ut ubique* | 2. dalmaciam *L* | 4. constantinopolim *V m. pr.* | 5. bizantium *VL* | 5. quae et antus *V*, quae et antusa *L*: *haec om. Orosius, sed sunt ex Honorio c. 32. cf. quae dixi Hermae vol. XII p. 143 sq.* | 6. dalmaciam *L* | 6. habet et *scripsi:* habet *VL* et *Or* | 6. euxioni *L* | 6. et africo: et *om. VL* | 7. a meridie — mare *om. VL* | 8. ab orea traciam *V* | 9. euuoam *V* | 9. et in m. *L* | 9. aegeum *VL ubique* | 10. a fabonio *VL* | 10. acroceraonios *V* | 10. adriatici *V*, adriaci *L* | 11. bryndisium *V* | 11. ab *om. L* | 12. Moesiam *Or*] othesiam *VL* | 14. mortuum mare *VL* | 15. coephaliam *V*, caephaliam *L*, Cephaleniam *Or.* | 15. Cassiopam *Or.* | 16. corinthum *V*, chorinthum *L* | 16. quod *VL* | 17. istmos *V*, istios *L* | 17. chorinthus *L* | 18. hinc sunt *et* athenas ciuitates *VL*; *quod spectat ad* 'habens . . . Athenas civitatem' *Orosii* | 18. in attico *VL* | 20. Moesiam *Or.*] estan *VL* | 21. insulas liburnicũ *V* | 21. adriaticum *V* | 22. pannoniae. Noricus et retiae *V*. retia *L* | 22. habens *L*, habet *V* | 23. Poeninas *Or.*, appenninas *VL* | 24. frontem *V* | 24. qui Germaniam a Gallia inter Danubium † Rhenumque secernit *Or.; fortasse noster:* a Danubio ad Rhenum dirimit; *vel* a Danubio *sc. incipiens* | 25. habens *L*, habet *V*.

28 Italiae venerabilis et singularis situs a circio in eurum tenditur; habet ab africo Tyrrenum mare, a borea Hadriaticum mare, in sinu cuius continenti terrae contigua est, ubi Alpium obicibus cingitur, quae a Gallico mari super Ligusticum sinum exsurgunt et, ubi incipiunt, Narbonensium fines, deinde Galliam Raetiamque secludunt, *in sinum* Liburnicum . . . .

29 Gallia Belgica habet ab oriente limitem fluminis Rheni et Germaniam, ab euro Alpes † appenninas, a meridie provinciam Narbonensem, ab occasu provinciam Lugdunensem, a circio oceanum Britannicum, a septemtrione Britanniam insulam.

30 Gallia Lugdunensis ducta per longum est et per angustum inflexa Aquitanicam provinciam semicingit. Quae ab oriente habet Belgicam, a meridie partem provinciae Narbonensis, qua Arelas civitas sita est, ubi a mari Gallico Rhodanus flumen accipitur.

31 Narbonensis provincia, pars Galliarum, habet ab oriente Alpes Cottias, ab occidente Hispaniam, a circio Aquitanicam, a septemtrione Lugdunensem, ab aquilone Belgicam Galliam, a meridie mare Gallicum, quod est inter Sardiniam et insulas Baleares, † habens in fronte, qua Rhodanus fluvius in mare exit, insulas Stoechadas.

32 Aquitania provincia obliquo cursu Ligeris fluminis, qui ex plurima parte terminus eius est, in orbem agitur. Haec a circio oceanum habet, qui Aquitanicus sinus dicitur; ab occasu Hispanias, a septemtrione et oriente Lugdunensem, ab euro et meridie Narbonensem provincias contingit.

33 *Hispania* universa terrarum situ trigona *est* et circumfusione oceani Tyrrenique pelagi paene insula efficitur. Huius angulus prior, ex-

---

2. ab orea *V* | 2. adr. *VL* | 3. continentia *VL* | 4. ligurticum *L*, sinum *om. VL* | 4. et ubi *scripsi*: hinc *V*. exurgentes primum Narbonensium *L* | 5. gallia retiaq; *VL* | 6. in sinum *om. VL*. donec in sinu Liburnico defigantur *Or.* | 6. extenduntur *supplendum* | 6. *Hugo Flaviniacensis qui circiter anno 1100 vixit (Monum. Germ. hist. scriptt. VIII 291) haec habet* 'Aethicus situm Galliae describens quatuor eius asserit esse provincias, Galliam Belgicam et Galliam Lugdunensem, Narbonensem quoque provinciam et Aquitaniam. Et Galliam quidem Belgicam dicit ab oriente habere' *sequuntur c. 29—32 ad verbum fere expressa.* | 8. appenninas *VL*, Poeninas *Or.* | 8. prouinciam: 'errat' *add v* | 9. Lugdunensem *om. VL* | 9. brittanicum *V* | 10. brittaniam (*ut ubique*) *V* | 11. lugdonensis *L* | 14. ubi mari *L* | 14. rodanus *V* | 15. partem *VL* | 16. aquitanicam *sic VL* | 18. hinc sunt *VL*, habens *Or. cf.* § *25* | 19. insulas decadas *VL* | 20. legens *L* ligeris *V* | 21. orbe *V*, urbe *L*. *fortasse* in orbe cingitur | 22. ispanias *V*, hispaniam *L* | 23. narbonenses *VL* | 24. contigit *L* | 25. Hispania *om. VL* | 25. est *om. VL* | 26. terreniq; *V* | 26. pene *VL*.

pectans orientem, a dextris Aquitanica provincia, a sinistris Baleärico
mari coartatus, Narbonensium finibus ingreditur. Secundus angulus
circium intendit, ubi Brigantia civitas sita est Galliciae et ad altissi-
mum farum et inter pauca memorandi operis ad speculam Britanniae
erigitur. Tertius angulus *est*, quo Gades insulae in Africam intentae
34 Athlantem montem interiecto sinu oceani prospiciunt.

Hispania citerior ab oriente incipit ex Pirinei saltibus a parte
septemtrionali usque ad Cantabros Asturesque, atque per Vaccaeos et
Oretanos, quos ab occasu habet; post in nostri maris litore Carthago
35 terminat.

Hispania ulterior habet ab oriente Vaccaeos, Celtiberos et Oretanos,
a septemtrione oceanum, ab occasu oceanum, a meridie Gaditanum oce-
ani fretum, unde mare quod Tyrrenum vocatur inmittitur.

36 Et quoniam oceanus habet insulas Britanniam et Hiberniam, quae
in aversa parte Galliarum ad prospectum Hispaniae sitae sunt, breviter
37 explicabuntur.

Britannia oceani insula per longum in boream extenditur. Habet
a meridie Gallias. Cuius proximum litus transmeantibus civitas aperit
quae dicitur Rutupi portus, unde haut procul a Morinis in austro po-
sitos Menapos Batavosque prospectat. Haec insula habet in longo milia
DCCC, in lato milia CC. A tergo, unde oceano infinito patet, Orcadas
nsulas habet, quarum viginti desertae sunt, XIII coluntur.

38 Insula Thyle, quae per infinitum a ceteris patet longius secreta;
quae in medio oceani sita vix paucis nota habetur.

39 Hibernia insula inter Britanniam et Hispaniam longiore ab africo
in boream spatio porrigitur; cuius partes priores intentae Cantabrico

---

1. expectans *VL* | 1. aquitanicam prouinciam *VL* | 1. a dextris baleari circo mari (mare *L*) narbonensium finibus coartatus ingreditur *VL* | 3. circium *Or.*, *om.* *VL* | 3. ubi uingrantia *VL* | 3. est et galliciae (galitiae *L*) ad *VL*. et *transposui* | 3. ad] ac *edd.*; *delendum puto.* 3. altissimam *Or.* | 4. speculum *VL* | 4. brittaniae eregitur *V* | 5. est *om.* *VL* | 5. qua *Or.* | 5. in africum *Or.*, *recte?* | 6. oceanum *VL* | 7. Ispania ceterior *V*, deterior *L* | 7. pirinei *V*, pirineis alpibus *L* | 8. Asturesque *Or.*] ad turres *VL* | 8. pergit per *puto* | 9. uarceos et orrentanos *VL* | 9. post *VL*, posita *Or.* | 10. terminatur *VL* | 11. ISpania *V* *m. pr.* (*sic*) | 11. barceos *V* | 11. harceos cettiberos et *L* | 11. orrentanos *VL* | 12. ab occasu oceanum *L*, *om.* *V* | 13. emittitur *L* | 15. aduersa *VL* | 15. galliam *VL* | 15. a prospectu spaniae *V* (Ispaniae *v*) | 17. brittania *V*, britaniam *L* | 19. *sic* rutupi *VL* | 19. haud *L* 20. batabosq; *VL* | 20. prospectant *Gronovius* | 21. A tergo] Ergo *VL* | 22. XIII *V*, *Or.*, VIII *L* | 23. tyle *V*, thelę *L* | 23. caeteris *L* | 24. sitam *V* | 25. spaniam *V* (ysp. *v*) | 26. prorregitur *V* *m. pr.*

oceano Brigantiam Galliciae civitatem, ab africo sibi in circium occur-
rentem, spatioso intervallo procul exspectant, ab eo praecipue promun-
torio, ubi Scenae fluminis ostium est; ubi Velaburi Lucenique consi-
stunt. Haec propior Britanniae, spatio terrarum angustior, caeli solique
temperie magis utilis, ab Scottorum gentibus colitur.

Huic etiam Mevania insula proxima est, et ipsa spatio non parva, 40
solo commoda; aeque ab Scottorum gentibus habitatur.

In his superioribus sunt fines totius Europae, in quibus
totius regina mundi caelestis habetur Italia singulari
virtute fertilitate potentia toto mundo sacrata.

Africa, quam in tertiam orbis partem maiores nostri eius adsen- 41
tatores accipiendam aliquando protulerunt, non spatiorum mensu-
ram sed circumclusionum rationem secuti, suo mari quod ab
occasu ex oceano exoritur in meridiem magis vergens praefocatur:
unde Africae limes coartatam et angustiorem claudit heremum. Hinc
etiam aliqui, quamvis eam longitudinem habere existiment, tamen multo
angustiorem intellexerunt, ut inverecundum dicerent, tantae angustiae
provinciam tertiam dici partem: sed in Europa eam iudicaverunt
reputandam, hoc est ut non eam similem duabus dicerent,
sed de duabus uni subiectam; quae ardore venenoque
deformis plus habet heremi quam montes. Africam per 42
omnia situ et populis minorem esse certissimum est, quia et natura
sui minus habet spatii, et caeli inclementia plus deserti. Cuius de-
scriptio per provincias et gentes haec est.

Libya Cyrenaica *post* Aegyptum in parte Africae prima est. Haec 43
incipit a civitate Parethonio et . . . Catabathmon, inde secundo mari

---

1. bigrantiam *VL*, galletiae *V m. pr.*, galitiae *L* | 2. spectant *Oros.* exspectat *V*, expectat *L* | 2. promontorio *V* | 3. sçęnę *L*, scenae *V* | 3. hostium est *L* | 3. ubi uel aburi *V*, uel' ubi aburi *L*, Velabri *Orosii codd. omnes* | 4. prior *VL* | 4. britaniae *L* | 4. angustiarum *L* | 4. solisque *L* | 5. *ab* Scottorum *usque ad* aeque ab *om. L* | 5. scottorum *V* | 5. genti *ex* gentib; *V m. pr.* | 6. Monapia *Plin. IV 103* | 7. scottorum *sic VL* | 11. † Africam *V* | 11. tertia *et* parte *L* | 11. ass. *L* | 12. aliquanti *V*, aliquanto *L* | 12. spatio mensurae *VL*, *fortasse* spatia mensurae? | 13. circumclusionis *L* | 13. ratione sicut suo *VL* | 14. occasu ex *Or.*; *om. L*] oceano ex *V* | 15. coartum *V*, coarum *L* | 15. heremus *V*, herhenus *L* | 17. inuerecundiam *L* | 17. *cf. etiam* § 1 | 19. ut non *V*, non ut *L* | 19. similem duae dicerent *V* | 20. ardorem *L* | 23. indemtia *L*, inigmadae *V* | 25. Lybia *V*, Libia *L* | 25. et Pentapolis *add. Or.* | 25. post Ae.] quae aegyptus *VL* | 26. parthenio *VL* | 26. et montibus Catabathmon *Or.* | 26. catabothmon *V* | 26. in *VL*.

usque ad aras Philenorum extenditur [et]. Usque ad oceanum meridianum quae habet gentes Libyoaethiopum et Garamantum. Huic est ab oriente Aegyptus, a septemtrione mare Libycum, ab occasu Syrtes maiores et Trogoditae, quae habent a contra insulam Calypso, a meridie Aethiopicum oceanum.

44 Tripoli provincia, quae est et Subventana vel regio Arzugum, ubi Leptis Magna civitas est, qua*mvis* Arzuges per Africae limitem generaliter vocantur, habet ab oriente aras Philenorum inter Syrtes maiores et Trogoditas, a septemtrione mare Siculum vel potius Hadriaticum et Syrtes minores, ab occasu Byzacium usque ad lacum Salinarum, a meridie barbaros Getulos, Natauros et Garamantas usque ad oceanum Aethiopicum pertingentes.

45 Zeugis prius non unius loci cognomentum, sed totius provinciae fuit, velut in hodiernum ita a prudentibus accipitur. Byzacium est, ubi eius metropolis civitas Adrumetus sita est; Zeugis est, ubi Carthago civitas constituta est; Numidia vocitatur, ubi Hippos Regius et Rusiccade civitates sunt. Habet ab oriente Syrtes minores et lacum Salinarum, a septemtrione mare nostrum, quod expectat ab occasu ad Siciliam et Sardiniam; ab occasu habet Mauretaniam Sitifensem, a meridie montem Suggarem, et post eos Aethiopum gentes pergentes usque ad oceanum Aethiopicum.

46 Sitifensis et Caesariensis Mauretaniae sunt, quae habent ab oriente Numidiam, a septemtrione mare nostrum, ab occasu flumen Malva, a meridie montem Astrixim, qui dividit inter vivam terram et harenas heremi iacentes usque ad oceanum, in quibus oberrant Grandes Aethiopes.

---

1. et *V*, *om.* *L* | 1. *interpunctionem emendavi* | 2. habent *L* | 2. libio *VL* | 2. ethiopum *L* | 2. ubi *VL*, huic *Or.* | 3. mare *om.* *L* | 3. libicum *VL* | 3. sirtes *L ubique* | 4. et T.] etrogoditae *V*, et trocoditae *L* | 4. calipso *VL* | 5. aethiopum *L* | 6. Tripoli *sic* *VL* | 6. prouinciam *V* | 6. est *VL*, *num delendum?* | 6. Subventana *Oros.*, subetanea *VL*, *cf.* § *52* | 6. azotum *VL* | 7. magnus *L* | 7. qua asreuges *V*, quae zeuges *L* | 8. habent *VL* | 9. trocoditas *L*, troditas *V* | 9. adriaticum *V*, hadr. *L* | 10. bizantium *VL* | 11. getulos *V*, geculos *L* | 11. Natabres *Or.* | 13. zeuges *VL*, Zeugis *Or.* | 14. bizantium *VL* | 16. Karthago Magna *Or.* | 17. ippos *VL*, regios *L* | 17. rusicaddę *L* | 20. mauritaniam *L* | 20. montem *VL*, montes Uzarae *Or.* | 20. post eius *L* | 21. pervagantes *Or.*, *recte?* | 21. usque *V*, que *L* | 22. Sitifenses et caesarienses *L* | 22. mauritaniae *L* | 24. malua *sic* *VL* | 26. Gangines *Or.* grantdes *V*, grandes *L* | 26. aethiopi *VL*.

47 Tingi Mauretania Africae ultima est totius; haec habet ab oriente flumen Malvam, a septemtrione mare nostrum usque ad fretum Gaditanum, quod inter Abenna et Calpis duobus promuntoriis coartatur; ab occidente habet Athlantem montem et oceanum Athlanticum, ab africo Hesperium montem, a meridie gentes Autololum, quas nunc Galaudas vocant, usque ad oceanum Hesperium contingentes.

Hic est totius Africae terminus.

48 Nunc insularum, quae in *nos*tro mari sunt, loca nomina et spatia exponam.

49 Insula Cypros habet ab oriente mare Syrium, quem Issicum sinum vocant, ab occidente mare Pamphylicum; a septemtrione Aulone Cilicio, a meridie Syriae et Phoenices pelago cingitur. Cuius spatium in longo tenet milia CXXXV, in lato milia CXXV.

50 Insula Creta finitur ab oriente Carpatio mari, ab occasu et septemtrione mari Cretico, a meridie mari Libyco, quod et Hadriaticum vocant; habet in longitudine milia CXXVII, in latitudine milia L.

51 Insulae Cyclades, quarum ab oriente prima Rhodos, a septemtrione Tenedos, a meridie Carpatos, ab occasu Cythera, ab oriente finiuntur litoribus Asiae, ab occidente mari Icario, a septemtrione mari Aegeo, a meridie mari Carpatio. Sunt omnes Cyclades insulae numero LIIII. hae tenent a septemtrione in meridiem milia D, ab oriente in occasum milia DXC.

52 Insula Sicilia tria habet promuntoria: *unum* id est quod dicitur Pelorum et aspicit ad aquilonem, cui Messana civitas in proximo est; secundum promuntorium Pacinum, sub quo civitas Syracusana sita est, euronotum respiciens; tertium Lilybeum, ubi et civitas eiusdem nominis sita est, dirigitur in occasum. Haec habet a Peloro in Pacinum milia

---

1. mauritania *VL* | 3. abaenac et capis *V*, abane et capis *L* | 3. promontoriis *V* (muntur *m. 3*) | 4. sub africo *VL* | 5. experium *V* | 5. aulolum *V et* (*corr. m. pr. ex* aulorum) *L* | 5. galaudes *L* | 6. experium *V* | 8. intro mare *V*, intra mare *L* | 10. sirium *V* | 10. quem] qđ *L* | 10. histricum sinum *VL* | 11. aulonae *V* | 11. cilio *L. cf. Plinius V 130* | 12. et Phoenices *Or.*] finis *VL* | 13. CXXXV] CLXXV *Or.* | 15. mare cretico *V* | 15. mari lydico *V* ligustitico *L* | 15. adr. *V*, hadriticum *L* | 16. longitudinem *L* | 16. CLXXII *Oros.* | 16. L *V*] quinquaginta *L* | 17. cycladas *V* | 17. et ab oriente *V* | 18. cytera *V*, cythara *L* | 19. occidente *L*] o(i)iente *V* (*erat* oriente) | 20. carpato *VL* | 20. insulas (e) *V m. pr.* | 21. milia (miliaria *L*) DXC *VL*: CC *Orosius paulo rectius* | 23. promontoria *V ut ubique* | 23. unum *Or.*, *om. VL* | 24. pelurum *VL* | 24. messena *L* | 26. euro notumque *V*, euronothumq; *L* | 26. lilibeum *V*, lylypheum *L*.

CXLVIIII, a Pacino in Lilybeum habet milia CLXXIIII. Haec ab oriente cingitur mari Hadriatico, a meridie Africo, quod est contra Subventanos et Syrtes minores; ab occidente et septemtrione *habet* mare Tyrrenum, a borea usque in subsolanum fretum Hadriaticum, quod dividit inter Tauromenitanos Siciliae et nobilis Italiae Brittios. His finibus, sicut supra demonstravimus, Sicilia continetur.

53 Insula Sardinia habet a meridie contra Numidiam Caralitanos. Quae Sardinia parvo fretu spatio milium XX a Corsica dividitur. quae Corsicam versus a septemtrione habet Ulbienses. Cuius spatia in longo tenent milia CCXXX, in lato milia LXXX. Haec habet ab oriente et borea Tyrrenicum mare, quod expectat ad portum aeternae urbis Romae; ab occasu mare Sardum, ab africo insulas Baleares longe positas, a meridie Numidicum sinum, a septemtrione Corsicam insulam.

54 Insula Corsica multis promuntoriis angulosa est. Haec habet ab oriente Tyrrenum mare et portum aeternae urbis Romae, a meridie Sardiniam, ab occasu insulas Baleares, a circio et septemtrione Ligusticum sinum. Tenet in longo milia numero CLX, in lato milia XXVI.

55 Insulae sunt Baleares duae, maior et minor, quibus insunt bina oppida. Maior Tarraconam Hispaniae civitatem, minor Barcilonam septemtrionem versus contra se habet. Maiori *subiacet* insula Ebusos; deinde ab oriente Sardiniam, ab aquilone mare Gallicum, a meridie *et* africo Mauritanicum pelagus, ab occasu Hibericum spectat.

56 Hae sunt insulae ab Hellesponto usque ad oceanum per totum magnum pelagus, de famosis, quae et cultu et magnitudine cele-

1. CLVIIII *Or.* | 1. in lilibeum *V*, in lylybeum *L* | 1. CLXXVII *Or.* | 2. adriatico *VL* | 3. subentanos *VL* | 3. habet *om. VL* | 4. ab orea *V* | 4. adriaticum *V* | 5. *a* dit inter *usque ad* siciliȩ, *fortasse etiam ad* britios, *in rasura V m pr.* | 5. auromenitanos *V* | 5. britios *V*, brittios *L* | 9. fretu *V*, freta *L* | 9. quae Corsicam] quā corsicam *L*, quam corsicam quam corsicam *V*, *prioribus duobus erasis* | 10. uersus *post* sept. *demum VL* | 10. ulbinenses *VL* | 11. milia passuum *L* | 11. in lato milia LXXX *om. L* | 11. LXXX] CCLXXX *Orosius, nisi inest error* | 12. et a *L* | 12. tyrennicum *V* | 14. municum sinum *L* | 15. angulosa *V*, angusta *L* | 18. in latum *V* | 19. insulas *et* duas *V*, *corr. v* | 19. maior *V*, maius *L* | 20. tarracona *VL* | 20. ciuitas minor (minus *L*) barcilona a septemtrione uersus *VL* | 21. maiores insulas bosos *VL* | 23. africae *VL:* et africo *Or.* | 23. mauritaniam cui pelagus *VL* | 23. spectat *V*, expectat *L*.

bres habentur. Et quoniam universa terrarum orbis spatia vel insularum descripsimus, nunc ad maiorem demonstrationis structionem, in quantum vigilantia nostra investigare potuit, demonstrabo, ex aeterna urbe Roma initium sumens, quae caput est orbis et domina senatus.

---

4. aeterna *V*, terna *L* | 4. est urbis *L* | 4. dominatio saenatus *L* EXPLICIT FELICITER DESCRIPTIO TOTIVS ORBIS TRIPERTITI *VL*.

EXPOSITIO TOTIVS MVNDI ET GENTIVM.

1 Post omnes admonitiones, quas tibi commendavi de studio vitae tuae,
carissime fili, incipiens nunc volo tibi exponere historias plurimas et admi-
rabiles, quarum quidem aliquas vidi, ceteras vero ab eruditis auditu percepi,
quasdam lectione didici. Haec igitur sensibus comprehendens non solum
multa utilia cognosces, sed et tuam ornare sapientiam ex huiuscemodi rerum
2 varietatibus praevalebis. Quaerentes autem scribere debemus dicere primum,
quomodo mundus a deo fuerit institutus; dehinc quae gentes ab oriente
usque ad occidentem constitutae sint; post hoc quanta sint genera barbaro-
rum; deinde omnem Romanorum terram, quot sint in omni mundo provinciae,
vel quales in substantia ac potestate; quae civitates in singulis provinciis
habeantur, et quid in unaquaque provincia aut civitate possit esse praeci-
puum: munificum enim hoc opus et studiosum mihi esse videtur.
3 Unde ergo nos oportet incipere, nisi a Moyse? nam priores, qui de his
rebus scribere conati sunt, aliquanta dicere potuerunt; solus autem Moyses,
divino spiritu plenus Iudaeorum propheta, quod est certum scripsit. Post
hunc de provinciis et temporibus sequentia dixit Berosus Chaldaeorum phi-
osophus, cuius litteras secuti sunt Manethon, Aegyptius propheta, et Apol-

---

l *G = codex Iacobi Gothofredi quem olim Iuretus possederat. Sola librariorum sed nulla auctoris vitia emendare studui. Hodie deperditus est vel latet. g vel γϱ = correctoris manus. —*

Goth = graviores Gothofredi coniecturae. —

C = altera recensio, ex codice qui G simillimus erat politius sed ab archetypo Graeco multo remotius efficta. Eius codice P (Parisino 7418) ex ed. Muelleri plerumque utor, raro etiam Cav. (Cavensem A. Maii) adhibui. Quae latius typis expressa sunt, sola C recensio exhibet.

Initium ad p. 105, 17 *deest G. Titulum effeci cum Goth. e subscriptione p.* 126. INCIPIT LIBER IVNIORIS PHILOSOPHI IN QVO CONTINETVR TOTIVS ORBIS DESCRIPTIO *C.* | 2. et admirabiles *P*, *om. Cav.* | 3. quidem *P* eiusdem *Cav.* | 3. auditu *P*, -tas *Cav.* | 5. cognoscebis *C* | 5. et tuam *P*], etiam *Cav.* | 10. potest *Cav.*, possit *P* | 13. a — priores *et* | 14. conati — aliquanta *in Cav. evanida sunt* | 14. rebus *P*, *om. Cav.* | 15. divino spiritu *om. Cav.* (?) | 15. Post — prov. *P*] De provinciis vero *Cav.* | 16. sequentia *i. e.* ἀκόλουθα | 17. apollinius *Cav.*

lonius, similiter Aegyptiorum philosophus; Iosephus quoque vir sapiens, Iudaeorum praeceptor, qui captus a Romanis scripsit Iudaicum bellum. Post istos vero Menander Ephesius et Herodotus et Thucydides similia conscripserunt, sed non valde de antiquis. Et haec quidem illi. Ego autem de quibus memorati scripserunt, experiar tibi breviter exponere.

Gentes aiunt esse Camarinorum in partibus orientis, cuius terram 4
Moyses Eden nominando descripsit; unde et fluvius maximus exire dicitur et dividi in quattuor flumina, quorum nomina sunt haec: Geon, Phison, Tigris et Euphrates. Isti autem homines, qui praedictam terram inhabitant, sunt valde pii et boni, apud quos nulla malitia invenitur neque corporis neque animi. Si autem aliquid vis certius discere: dicunt eos quod neque pane hoc nostro communi utantur neque aliquo simili cibo neque igne, quo nos utimur, sed panem quidem eis plui per singulos dies asserunt, et bibere de agresti melle et pipere. Ignis autem eorum solis esse perhibetur flagrantiae tantae, ut statim quod e caelo in terram diffunditur, potuissent omnes exuri, nisi se cito in fluvium mitterent, in quo tamdiu volvuntur, donec idem ignis in locum suum denuo revertatur.

Sunt autem et sine imperio, se regentes videlicet. Escam vero 5
non utuntur omnibus communem. Scilicet quod neque malitiam corporis nostri habent; neque enim pulex neque pediculus nec cimex aut lendes apud eos invenitur, aut in corpore aliquid infirmum. Neque enim vestimenta utuntur omnibus communia: sed ita inlibata est vestis eorum, quae neque insordidari potest; et si hoc contingat, per ignis † gladium loturam expectant, ardens enim melior fit. Neque seminant neque 6
metunt. Sunt enim species excellentes variae et pretiosae, veluti lapides pretiosi, hoc est smaragdi, margaritas, iacinti et carbunculus et saphirus

---

6. Camarinorum: *cf. et Κάρμαρα vel Κάμαρα Indicum apud Ptolemaeum VII 1, 91 et Peripl. mar. Erythr. (Geogr. gr. min. ed. Mueller I 300) et promunturium Τάμαρον Strabonis XI 519 vel* Samara *Orosii p. 58, 1.* | 10. aput *Car.* | 11. autem *om. Cav.* | 12. nec—nec *Cav.* | 15. tantae *add. Muellerus* (*sed ante* flagrantiae) | 15. quod] quum *Muellerus. Sed in Graeco ὅτι pro ὅτε legit qui vertit.*

G 18. Sunt: *hic incipit G* | 18. Seres gentes *Goth(ofredus)* | 20. neque pedulus nec cimes aut lindes *G* | 20. *cf. Stephanus Byz. s. v. Βραχμᾶνες* | 23. quae *g*] que *G* | 23. gladium: *puto* radium | 24. expetant *G*, expetunt *vel* expediunt *Goth.* | 25. exceltes *G*, *corr. g* | 25. pretiose *G*, *corr. g.*

C 18. se] semet ipsos *C* | 18. videlicet—scilicet *om. C* | 19. quod—infirmum] In quibus sicut nulla malignitas invenitur, ita neque pulices neque pediculos neque cimices aut aliquid quod est noxium habere possunt *C* | 21. Neque—expectant] Vestimenta eorum sordidare nesciunt; quod si contigerit, per ignem solis (sordis *ci. Muellerus*) loturam expectant *C* | 24. Neque—metunt *om. C* | 25. Sunt—pretiosi] Sunt autem apud eos lapides pretiosi et varii *C* | 26. margaritae hyacinthi carbunculus et sapphirus *C.*

in montibus, et inde omnes exeunt sic, secundum hunc modum. Fluvius exiens exit in montibus, per singulos dies ac noctes manans, magis vero adsidet cacumina montium. in multitudine aquae cingitur. Proximae gentis astutia invenit artem, per quam quae exinde exeunt in-
7 venire possit; facientes retias in angusta loca fluvii suscipiunt ventura. Cum tanta vero felicitate neque laborant neque aegrotant, solum autem moriuntur scientes et diem mortis suae: moriuntur enim omnium centum decem et octo et centum viginti annorum. Et maior minoris mortem non videt, nec parentes filiorum. Scientes singuli diem mortis suae sibi faciunt sarcofagum de aromatibus varium, quoniam ad eos omnia aromata abundant, et ponens se ibi expectat expetentem animam; ventura autem hora omnes salutans et omnibus valedicens sic debitum reddit, et est multa securitas. Et hoc quidem huius gentis bona ex parte diximus; multa enim habentes dicere praetermisimus. Habitatio autem terrae eorum est mansionum septuaginta.

8 Post ipsam gentem quid aliud est venientibus ad occidentes Brachmani degunt. Et ipsi sine imperio transigunt bene, et detinent vicinorum bonitatem. Et est habitatio eorum mansionum quinque.

G 3. adsidet] *puto* abscindit 3. cingit *Goth.*|3. proxime *G*, *em. g* 4. per aquas que *G*, ut per *g*, per quam *Muell.* quae *Goth.*|5. in congusta *G*|6. egrotant *G* 7. omnino *Goth.* | 9. non volet *G*, dolet *Goth.* | 11. expetentem] expirantem *Gothofredus* | 16. BRAXMANI *G* | 18. abitatio *G*.

C 1. et—modum] Quibus omnes secundum hunc modum habundant *C* (abundant *P*) | 1. exiens] exinde *Muell.* | 1. Fluvius—cingitur] Decurrens enim fluvius diebus ac noctibus montem abscindit et illius crusta aquarum impetum trahit *C* (impetu *P*)|3. At proximae *Muell.*|3. Proximae—ventura] Astutia vero gentis hanc invenit artem, per quam quae inde exeunt habere possit (possint *P*): facientes retia et in angusta fluvii loca ponentes ea quae de superiore parte descendunt, sine ulla difficultate suscipiunt *C* | 6. Cum—suae] In t. ergo f. viventes neque laborant (nesciunt laborare nec *P*) aliqua infirmitate aut aegritudine fatigantur, nisi hoc (f. n. h. *om. Cav.*) solum quod de corpore exeunt, sed diem obitus ante mortem (a. m. *om. Cav.*) habentes praecognitum *C* | 7. Moriuntur — annorum] omnes enim centum annorum et viginti (et v. *om Cav.*) moriuntur *C* | 9. filiorum] filios plangunt *C* | 9. non videt *C* | 9. Scientes—securitas] Cum ergo unicuique illorum dies mortis coeperit propinquare, facit sibi sarcophagum ex aromatibus variis (varium *Cav.*), quoniam apud eos aromata multa sunt: et cum viventi (*puto* vivendi) ultima venerit hora, omnes salutans omnibusque vale dicens in eodem se sarcophago ponit, et ita cum securitate maxima naturae debitum reddit *C* | 13. hoc] haec *C* | 13. ex—praetermisimus *om. C* | 15. terrae *om. C* | 15. LXX *C* | 16. *Hinc ea tantum ex C enotabo, quae aut ad ipsas res explicandas qualicunque usui esse possunt aut rei criticae in G exercendae inserviunt, meras autem paraphrases verborumve ambages multas omittam.* |16. quid—occ.] ex alio latere *C* | 16. Brachmanas referunt habitare *C* | 17. bene] feliciter *C*.

Post hos ad altera regio Eviltarum: et ipsi sine imperio et paene 9
deorum vitam viventes. Et horum terra mansionum triginta duo.

Post hos altera gens quae vocatur Emer, et ipsa vivens sine im- 10
perio, transigit legaliter, et habitant terram mansionum quadraginta
septem.

Post hos regio quae appellatur Nebusa, qua invenitur tyrannorum 11
initium; et regitur a maioribus. et est mansionum sexaginta.

Hinc seminatio et messio. Praedictae autem gentes sine Camarinas 12
vivunt pomis et piper et mella; Camarini panem enim caelestem coti-
dianum accipiunt. Inter eos omnis nec irascitur, nec iudicium appetunt,
neque rixa neque cupiditas neque dolum vel aliquit mali est.

Post ergo Nebus gentem adiacet regio Disaph: quam qui habitant, 13
reguntur bene, quomodo vicini. Et habitant terram tenentem mansio-
nes ducentas quadraginta.

Post hanc gens sic appellanda Ioneum: cuius homines eodem modo 14
vicinantibus viventes vitam transigere putant: indifferens enim ad eos
vita. Et habitant terram centum viginti mansionum.

Deinde Diva gens: eodem modo reguntur a maioribus, habentes 15
terram mansionum ducentarum decem.

Deinde est India maior, a qua triticum et omnia necessaria exire 16
dicuntur; similiter proximis viventes bene transigunt, et habitant terram
magnam et bonam mansionum ducentarum decem.

Deinde adiacet † Eximia regio, quae dicitur viros habere fortes et 17
valde industrios in bellis et utiles in omnibus; *inde* India minor, cum
ei motus fuerit belli a Persis, petit auxilium; qui in omnibus habun-
dant. Et habitant terram mansionum centum quinquaginta.

G 1. adest *puto* | 1. *Evilat (Genesis 2, 11) a Christianis in India collocabantur.* | 1. pene *G* | 6. Nebus, a qua *Muell. fort. recte* | 8. sinre *G*? | 9. melle *Goth.* | 9. camarina *G* | 9. celestem *G* | 18. Diva *i. e. Taprobane Goth.* | 19. ducentas *G*, *fort. recte; nam accusativo casu scriptor saepius perperam usus est.* | 20. triticum *G* | 24. inde *om. G* | 25. quo *G.*

C 1. Post—triginta duo *om. C* | 4. regulariter transigit *C* | 6. Nebus *C* | 8. Isti et seminant et metunt *C* | 8. sine Camarinis *C* | 9. Camarini autem super haec bona, sicut ante diximus, et panem caelestem accipiunt cotidianum, quia nec *sqq. C* | 11. dolor *C*, dolus *Maius* | 12. Post—gentem] His *C* | 12. Dysap *Cav.* Dypsap *P* | 13. reguntur bene] regunt *C* | 13. quomodo et vicini *C* | 13. CC mansionum *Cav.*, *recte P* | 15. Choneum *C* | 16. vitam tr. p. *om. C* | 16. apud eos *C* | 17. CXXX mansionum *Cav.*, *recte P* | 19. mansionum CCXX *C* | 20. triticum] siricum *C*, sericum *P* | 22. mansionum CXX *C*, *recte P* | 23. eximia] foris una (*e graecis* ἔξω μία *Muellerus conicit orta*) *C* | 24. industriosos *C* | 24. unde *C* | 25. qui omnibus *C.*

18 Post hos India minor, cuius gens regitur a maioribus, et ad eos elefantorum innumerabilis multitudo, et Persae ab ipsis accipiunt propter multitudinem. Habitant terram mansionum quindecim.

19 Post hos sunt Persae, Romanis propinquantes, qui historiantur valde in malis omnibus et bellis esse fortes. Et impietates ab eis magnas agi dicunt; non cognoscentes naturae dignitatem sicuti muta animalia matribus et sororibus condormiunt. † Et impie faciunt in illum, qui fecit eos, deum. Alias autem habundare dicuntur in omnibus; data enim potestate ad eos adpropinquantibus gentibus negotii suae regionis, omnia habundare videntur.

20 Horum autem prope Sarracenorum gens degit, rapina sperantium suam vitam transigere: et mulieres aiunt in eos regnare.

21 Et haec quidem de praedictis gentibus historicus ait. Quoniam vero necessarium est et nostram terram, hoc est Romanorum, conscribere, experiar exponere, ut possit legentibus prodesse. Incipiamus ergo. Diximus enim, Persarum terras quot mansionum esse dixerunt qui conscripserunt, et quia impii ac periuri et sponsiones non custodientes nec belli neque alterius negotii.

22 Post hos nostra terra est. Sequitur enim Mesopotamia et Osdroena. Mesopotamia quidem habet civitates multas et varias: quarum excellentes sunt, quas volo dicere. Sunt ergo Nisibis et Edessa: quae in omnibus viros habent optimos et in negotio valde acutos, et bene † nantes praecipue et divites; et omnibus bonis ornati sunt: accipientes enim a Persis ipsi in omnem terram Romanorum vendentes et ementes iterum tradunt, extra aeramen et ferrum, quia non licet hostibus dare aeramen aut ferrum. — Istae autem civitates semper stantes † dum et impera-

G 2. perse *G* | 4. istoriantur *G* | 6. muta: *fort.* bruta? | 7. Et — deum *interpolata puto ab illo qui e graeco vertit; auctor enim libelli Christianus non fuit* | 8. abundare *G* | 22. venantes *C*, venerantes *I. Gronovius*, navigantes *Gothofredus*, navantes *Th. Muellerus* | 25. eramen *G* | 25. eramen *G* | 26. dum] domini *vel* dei *vel* deum *Goth. an* divina imp. sapientia?

C 1. et ad] est aput *C* | 2. pr. mult.] elephantos *C* | 4. quos historiae tradunt pessimos esse et fortes in bellis *C* | 5. Et—dicunt *om. C* | 7. nefando concubitu sociantur *C* | 7. et impie — in omnibus *om. C* | 9. ad eos adp.] propinquis *C* | 9. suae reg. *om. C* | 10. bonis omnibus *C* | 11—18. His sociatur Saracenorum gens, arcu et rapinis vitam suam transigens, qui similes Persis impii et peiores sunt, sponsiones n. c . . . negotii: quibus mulieres imperare dicuntur *C* | 13. Et haec — conscr. et *om. C* | 21. quas — ergo] hae *C* | 22. optimos in negotio (*om.* et valde acutos) *C* | 22. et valde praecipue venantes *C recte?* | 24. vendunt, et ementes quae necessaria sunt it. tr. *C* | 25. quia *sqq.*] has enim species duas hoc est aeramen et ferrum non licet h. d. *C* | 26. civitates gubernaculo dei stare videntur et imperatoris prudentia *C*.

toris sapientia, habentes menia inclita, bello semper virtutem Persarum dissolvunt: ferventes negotiis, et transigentes cum omni provincia bene.

Deinde Osdroenae Edessa, et ipsa civitas splendida.

Deinde iam regio Syriae omnis. Partitur in tres Syrias, Pynicam et 23
Palaestinam et Coelam. Et habent civitates varias et excellentes et
maximas, quorum ex parte memoratus delectabor audientes.

Est ergo Antiochia prima civitas regalis et bona in omnibus, ubi et dominus orbis terrarum sedet, civitatem splendidam et operibus publicis eminens et multitudinem populorum accipiens, omnis sustinet, habundans omnibus bonis.

Iam alterae civitates veluti Tyrus, quae, omnium negotium fer- 24
venter agens magnifice felix est: nulla enim forte civitas orientis est
eius spissior in negotio; et divites viros habens et potentes in omnibus. 25
Post istam Berytus civitas valde delitiosa et auditoria legum habens,
per quam omnia iudicia Romanorum . . . . Inde enim viri docti in
omnem orbem terrarum adsident iudicibus et scientes leges custodiunt
provincias, quibus mittuntur legum ordinationes. Iam etiam et Caesarea 26
civitas est similiter delitiosior et habundans omnibus, et dispositione
civitatis in multa eminens. Tetrapylon enim eius nominatur ubique,
quod unum est novum aliquid spectaculum.

Iam alterae omnes, quorum et ipsorum nomina ex parte necessa- 27
rium est dicere, quia singula eorum habent.

Praecipua est ergo et bona civitas et Laodicia, quae suscipiens omne negotium et emittens Antiochiae magnifice adiuvit et exercet.

G 4. siriae *G* | 4. sirias *G* | 4. pynicam et palestinam et coelam *G* | 8. '*γρ.* splendida' *Goth.* | 13. spisior *G* | 14. portis. Tam *G* post istam *Mueller* | 14. Beritus *G* | 15. per quae *Goth. cf. C* | 16. adsedent *G* | 19. tetraphylon *G* | 21. altere *G* | 21. quarum et ipsarum *Goth.* | 22. quia: *lege* quid. | 22. singulae earum quid habent *Goth.* | 23. ladicia *G* | 24. omnem *G* | 24. adiuvat *Goth. fort recte.*

C 2. ferventes rebus *C* | 2. bene *om. C* | 4. punicam *P*, phoenicen *Car.* 5. coelam *P*, coelen *Car.* | 6. quarum *C recte* | 6. ex—ergo *om. C* | 6. memorans delectabo *Muell.* | 7. et bona *om. C* | 8. civitas splendida *P* | 9. multitudine p. ornata, undique accipiens *C* | 11. Iam *sqq.*] Tyrus quoque civitas in omnibus felix, spissior populis, viros habet ex negotio divites et potentes in omnibus *C* | 14. Post ipsam *C* | 15. Romanorum s t a r e v i d e n t u r *C*, *qui* inde—ordinationes *omittit* | 18. sim. del.] deliciosissima *C* | 18. et hab. — eminens *om. C* | 19. tetrapylum *C* | 20 unum et novum aliquid spectaculum p r a e b e t *C* | 21. Iam — 23. ergo et *om. C* | 23. Laodicia vero civitas optima quae similiter *C* | 24. magnifice — exercet *om. C.*

28 His similiter et Seleucia civitas obtima, quae et ipsa omnia quae veniunt praedictae Antiochiae offert, et fiscales species et privatas. Dominus orbis terrarum imperator Constantinus videns, quod sic utilis est ei et exercitui, montem maximum secavit et introduxit mare, et portum fecit magnum et bonum, ubi venientes naves salvarentur et fiscale onus non periret.

29 Deinde aliae iam civitates omnes. Ascalon et Gaza, civitates eminentes et in negotio bullientes et habundantes omnibus, mittunt omni
30 † negotio Syriae et Aegypto vinum optimum. Neapolis et ipsa civitas gloriosa et valde nobilis. Tripolis et Scythopolis et Byblus et ipsa civitas in industria posita. Heliopolis quae propinquat Libano monti, mulieres speciosas pascit, quae aput omnes nominantur Libanotidas; ubi Venerem magnifice colunt: dicunt enim eam ibi habitare et mulieribus gratiam formositatis dare.

Sunt autem iterum civitates et ipsa Sidon, Sarepta, Ptolemais, Eleutheropolis, obtima similiter, et Damascus.

31 Quoniam ergo ex parte praedictas civitates describsimus et diximus, ... in linteamina sunt hae: Scythopolis, Laodicia, Byblus, Tyrus, Berytus, quae linteamen omni orbi terrarum emittunt, et sunt eminentes in omni habundantia. Similiter autem et Sarepta et Caesarea et Neapolis, quomodo et Lydda, purpuram alithinam. Omnes autem praedictae civi-

---

G 1. obtima *sic plerumque G* | 3. 'γρ. Constantius' *Goth.*: *recte?* | 3. *Constantium intellegas, de quo Hieronymus ad a. 345:* magnis reipublicae impensis in Seleucia Syriae portus effectus | 9. *cf. infra C* | 10. scytopolis *G* | 10. bibilus *G* | 11. haeliopolis *G* | 12. que, *G* | 15. ptolemes *G* | 18. excellentes in *puto* | 18. Ae *G*, hae *Goth.* | 18. scitopolis ladicia biblus tipus beritus *G* | 19. eminentes in omni *supra lin. add. G* | 20. sarafa *G* | 21. altinam 'γρ. alitinam' *G*, alithinam (ἀληθινήν) *Goth.*

C 1. obtima] magna *C* | 1. quae veniunt] bona *C* | 2. offert] mittit *C* | 2. et f. — terrarum *om. C* | 3. videns — exercitui *om. C*] quam ob rem *C* 3. Constantius *P*, -inus *Cav.* | 5. et fisc. — periret *om. C* | 7. omnes *om. C.*; Iamnea *Muellerus* | 8. et et bull. *om. C* | 8. omnibus bonis *C* | 9. negotio] regioni *cum C legendum* | 9. aegypti *C* | 9. et ipsa *om. C, ut passim.* | 10. Byblus et ipsae civitates industriosae *C* | 11. q. pr] proximans *C* | 12. pulcerrimas *C* | 12. pascit] mittit *Cav*, nutrit *P* | 12. libanitidas C | 12. apud omnes *om. C* | 12. ubi — dare *om. C* | 15. autem] optimae *C*, *recte?* et ipsa *om. C* | 15. Ptolemais *C* | 16. obt. sim. *om. C* | 17. et diximus — Ladicia] necessarium mihi videtur, ut etiam quidnam unaquaeque civitas proprium habeat, exponamus, ut qui legit, certam eorum (earum *Cav.*), scientiam habere possit. Scythopolis igitur, Laodicia *C* | 19. q. lint.] litteraturam *Cav.*; linteamen *P* | 19. et sunt — autem et *om. C* | 20. Sarepta *C* | 20. quomodo *om. C* | 21 altinam] praestant *C.*

tates gloriosae et fructiferae in frumento, vino et oleo [hi] et omnibus bonis; Nicolaum itaque *invenies* palmulam in Palaestines regione, loco qui sic vocatur Iericho, similiter et Damascenam et alteram palmulam minorem et psittatium et omne genus pomorum habundantem.

Quoniam autem oportet et singula eorum describere, quid ad sin- 32
gulas civitates delectabile esse potest, et hoc dicere necessarium est.

Habes ergo Antiochiam quidem in omnibus delectabilibus habundantem, maxime autem circensibus. Omnia autem quare? Quoniam ibi imperator sedet, necesse est omnia propter eum. Ecce similiter Laodicia circenses et Tyrus et Berytus et Caesarea: sed Laodicia mittit aliis civitatibus agitatores obtimos, Tyrus et Berytus mimarios, Caesarea pantomimos, Heliopolis choraulas, maxime quod a Libano Musae illis inspirent divinitatem dicendi. Aliquando autem et Gaza habet bonos auditores: dicitur autem habere eam et pammacharios, Ascalon athletas luctatores, Castabala calopetas.

Omnes autem per negotia stant et viros habent divites in omnibus 33
et oratione et opere et virtute: et aëres temperatos habent.

Et haec quidem Syriae ex parte: praetermisimus enim multa, ut non extendere extra oportunum orationem videamur, et caeteras regiones quoque et provincias scribere possimus.

G 1. hi *delevi* Hi et] Habent et cum *Goth.* Hi . . bonis abundant *Salmasius Ex. Plin. 928 b* | 2. invenies *additum ex C* | 2. nicholaum *G* 2. palestinis regio loco *G* | 3. iericho *sic G* | 3. damascena et altera palmula minore *G*, *em. Salmas.* | 4. psittatium *G*: *ψιττάκιον Athenaeus XIV 649* psittacium *Diocletianus de pretiis r. v. 6, 55* | 4. habitantem *G*, habundantem *scribere ausus sum* habundanter *Goth.* | 5. ad] a *G* | 6. delectabiles *G* | 8. maximae *G* | 10. ladicia *G* | 10. beritus *G* | 10. mittet *G* | 11. beritus *G* | 12. eliopolis *G* | 14. auditores *i. e. ἀκροάματα* | 15. luctatores *glossema puto* | 15. castabetia calopettas *G*, *corr. Gothofredus* (calopetas *i. e funambulos; Καστάβαλα Ciliciae Ptol. V 8, 7).*

C 1. gloriosae et *om. C* | 1. Hi—bonis *om. C* | 2. Nicolaum vero palmulas invenies habundare in Palaestina regione, in loco qui dicitur Hiericho, similiter et Damasci minores palmulas sed utiles, et pistacium et omne genus pomorum. (hab. *deest*) *C* | 5. Quoniam — est] *aliis verbis eadem C* | 7. Antiochiam in ludis circensibus eminentem *C* | 8. Omnia — Ecce *om. C* | 10. circenses *om. C* | 10. Laodiciam et Tyrum *sqq. C* | 10. Et Laodicia mittit (*rell. ut in G*) *C* | 11. sagittatores *P* | 12. maxime — calopetas] *pro his C*: Heliopolis choraulas, Gaza pammacarios, Ascalon athletas luctatores, Castabala pyctas | 16. per — virtute et *om C* | 18. praetermisimus — possimus] dicta ut potuimus *C*.

34 Habes ergo de laeva parte Syriae et Aegypti et Alexandriae et totius Thebaidis partes, quae describere necessarium est.

Habes ergo omnem Aegypti regionem coronatam fluvio, qui sic vocatur Nilus, qui veniens rigat omnem faciem terrae, et fructum fert omnia, sine oleo: triticum autem, hordeum, legumen et vinum habundantem: viros similiter nobiles, deos colentes eminenter: nusquam enim deorum mysteria sic perficitur, quomodo ibi ab antiquo et usque modo: et paene ipsa omni orbi terrarum tradidit deos colere. Dicunt autem Chaldaeos melius colere: tamen quos videmus, miramur, et in omnibus primos esse dicimus. Etenim ibi deos habitasse aut et habitare scimus. Aliqui autem et litteras ab eis inventas esse dicunt: alii autem a Chaldaeis, alii autem a Punicis. Quidam autem Mercurium inventorem esse litterarum volunt: et multis dicentibus nemo verum scit, nec credi potest. Tamen viros sapientes prae omnem mundum Aegyptus habundat. *In* metro*poli* enim eius Alexandria in omnem gentem invenies philosophorum omnem doctrinam. Itaque aliquando certamine facto Aegyptiorum et Graecorum, quis eorum musium accipiat, argutiores et perfectiores inventi Aegyptii, et vicerunt, et musium ad eos iudicatum est: et impossibile est in quacunque re invenire volueris sapientem, quomodo Aegyptium. Et ideo omnes philosophi, et qui sapientiam litterarum scientes ibi semper morati sunt, meliores fuerunt. Non enim est ad eos ulla impostura, sed singuli eorum quod pollicentur certe sciunt. Propter quod non omnes omnium, sed quisque sua per suam disciplinam ornans perficit negotia.

G 1. leua *G* | 2. que *G* | 3. fluuius *G*, *em. Goth.* | 4. feret *G* | 7. misteria *G* | 8. pene *G*. *cf. Ammianus Marc. XXII 16, 20* 'Hic *(Alexandriae)* primum homines longe ante alios ad varia religionum incunabula ut dicitur pervenerunt, et initia prima sacrorum caute tuentur.' *cf. ib.* 19. | 9. vidimus *Goth.* | 11. *et* 13 lit. *pro* litt. *G* | 14. In *et* 15 poli *om. G* | 15. philiforum *G*. *cf. de Pythagora Platone all. Ammianus Marc. l. c.* 21—22. | 18. iudicatus est *G* | 20. qui: *οἳ vertit pro οἱ.*

C 1. et Ae. et Al. et] ex parte et *sic Car.; recte P* | 2. descr.—omnem *om. C* | 3. Coronat eam fluvius *Gronovius* | 3. Quae regio Aegypti Nilo flumine circumdatur, quo irrigante fructus uberes nascuntur, sine oleo tantum *C* | 5. in abundantia profert *C* | 6. viros—10 scimus *om. C* | 11. Aliqui] Quidam *C* | 12. a Phoenicibus. Alii *C* | 13. volunt] asserunt *P* | 13. et multis multa dicentibus nemo quod verum est dicere potuit *C* | 14. viros sapientes *etiam C* | 14. praeter o. m. *C* | 14. habundat. In metropoli enim eius Al. omnes gentes invenies et omnia philosophorum praecepta omnemque doctrinam. *C* | 18. inventi sunt *C* | 18. ad eos (ipsos *P*) pertinere indicatum est *C* | 19. volueris *om. C* sapientes *et* aegyptios *C* | 20. et qui — scientes *et* 21 sunt *om. C* | 22. in eis aliqua *C* | 22. sed unusquisque *C* | 22. hoc se pollicetur implere quod certe se novit scire *C* | 24. o. p.] ornat *C*.

Alexandria autem civitas est valde maxima et eminens in disposi- 35
tione, et habundans omnibus bonis et escis dives. Piscium enim tria genera manducat, quod altera provincia non habet, fluminale et stagnense et marinum. Omnes autem species aut aromatibus aut aliquibus negotiis barbaricis in ea habundant: supra caput enim habens Thebaidis Indorum genus et accipiens omnia praestat omnibus. Et dii coluntur eminenter, et templum Serapis ibi est, unum et solum spectaculum novum in omni mundo. Nusquam enim terrae aut aedificium aut dispositio templi aut religionis invenitur, undique autem musium ei
† reddire videatur. Possidet cum omnibus quibus habet bonis et unam 36
rem, quod nusquam nisi in Alexandria et regione eius fit, cuius neque iudicia neque privata negotia regi possunt, sed paene per ipsam rem omnis hominum natura stare videtur. Et quid est, quod sic a nobis laudatur? Carta, quod ipsa faciens et omni mundo emittens utilem speciem omnibus ostendit: sola hoc supra omnes civitatesque et provincias possidens, sed sine invidia praestans suorum bonorum. Et Nilus autem bonitatem supra omnem provinciam possidens: qui Nilus fluvius aestatis hora descendens rigat omnem terram et ad seminationem parat, quem seminati habitantes magna benedictione implentur: ad eos enim una mensura centum et centum viginti mensuras facit: et sic per sin-

---

G 1. *cf. Ammianus l. c. 17*: '*(Alexandriae)* disciplinarum magistri quodammodo spirant . . geometrico radio . . . musica . . harmonia . . . motus siderum . . numeros . . . fatorum vias.'|3. stagnese *G*|7. et s. *Muell.* est s. *G* | 7. *cf. Ammianus XXII, 16, 12:* 'Serapeum . . ita est exornatum, ut post Capitolium . . . nihil orbis terrarum ambitiosius cernat.' | 10. reddire, *corr. in* reddi *G*, redire *Goth.* | 10. possidet *Goth.*, possedit *G* | 12. pene *G* | 15. ostendere *G* | 15. ciuitates quae et prouinciae *G. corr. Goth.* | 16. Et Nili *Goth.* | 18. estatis *G* | 19. '*in MS. supra* habitantes: *malim* habundanter' *Goth.*

C 2. dives *om. C* | 3. manducat] comedit *C* | 3. stagnale *C* | 4. Omnes — omnibus] Haec cum Indis et barbaris negotia gerit: merito (mercatu *Muellerus* medica *Maius*) aromata et diversas species pretiosas omnibus regionibus mittit *C* | 6. Et dii — 10. videatur *om. C* | 8. aedificium tale *Muell.* | 10. Possidet — 16. bonorum] Sed et in hoc(valde laudanda est, quod omni mundo sola chartas emittit: quam speciem licet vilem sed nimis utilem et necessariam in nulla provincia nisi tantum apud Alexandriam invenies habundare; sine qua nullae causae, nulla possunt impleri negotia. Hanc igitur universo orbi ministrans plurimum utilitatis praestare videtur *C* | 16. Et — possidens *om. C* | 17. qui — 19 implentur] Cuius adiacentia Nilo rigante copiosas afferunt (efferunt *P*) fruges *C* | 20. centum et — facit] centenario fructu multiplicata respondet *C* et sic *sqq. om. C*.

gulum annum terra reddens et aliis provinciis utilis est: Constantinopolis enim Thraciae ab ea quamplurime pascitur: similiter et orientales partes, maxime propter exercitum imperatoris et bellum Persarum: propterea non posse aliam provinciam sufficere nisi divinam Aegyptum. Quem et nominans a diis plus esse puto: ubi deos, uti praediximus, colentes bene, historiae maxime offerunt. Et sunt sacra omnia et templa omnibus ornata: aeditimi enim et sacerdotes et ministri et aruspices et adoratores et divini obtimi habundant. Et fit omnia ordine. Aras itaque invenies semper igne splendentes, et sacrificiorum et ture plenos; vittas simul et turibula plena aromatibus divinum odorem
37 † spiraven. Iam et civitatem iudicibus bene regentem invenies: in contemptu † semen solus populus Alexandriae: iudices enim in illa civitate cum timore et tremore intrant, populi iustitiam timentes: ad eos enim ignis et lapidum emissio ad peccantes iudices non tardat. Et est in omnibus et civitas et regio incomprehensibilis: et totius orbis terrae paene de veritate philosophiae ipsa sola habundat, in qua inveniuntur plurima genera philosophorum. Itaque et Aesculapius dare ei voluit medicinae peritiam; ut habeat in toto mundo medicos obtimos praestare dignatus est, et quamplurime initium salutis omnibus hominibus illa civitas constat.

Et haec quidem de praedictas regiones quoque et civitates ex parte: non enim omnia scribere possibile est. Et aëres vero habet valde temperatos.

G 2. traciae *G* | 3. maximae *G* | 3. exercitium *G* | 5. Quam *Goth.* | 6. historia maximae, e *deleta*, *G* historiae maxima *Goth.* | 7. hornatae ditimi *G*, *em. Goth.* | 10. turabula *G* | 10. ordinem *G*, odorem *Muell.* | 11. spirantia *Goth. fortasse* spirantibus | 11. bene regnatam *puto* | 16. pene *G* | 17. ascolapius *G* | 18. et ut habeat *Goth.* | 19. plurima inicium *G. cf. Ammian. Marc. XXII 16, 18* 'medicinae *(Alexandriae)* . . . ita studia augentur in dies, ut . . sufficiat medico . . . si Alexandriae se dixerit eruditum.' | 21. praedicta regione . . civitate *Goth.*

C 1. et sic — utilis est *om. C* | 2. quamplurime *om. C* | 2. et omnis oriens pascuntur *C* | 3. maxime — 12 Alexandriae *om. C* | 11. in contemptus enim (*vel* eminet) solus *Gronovius* | 13. intrant] *eranidum in C*, res publicas administrant *Muellerus* pop. iust. tim.] propter populi libertatem *C* | 14. ad—tardat] quisquis enim iudicum (iudicium *Cav.*) ibidem a iustitia declinavit motione populi facta aut igni aut lapidibus occiditur *C* | 15. inreprehensibilis *C recte?* | 15. et totius — 20 constat] philosophis et medicis abundans *C* | 21. quoque — est] dixisse sufficiat *C* | 22. Aeres vero v. t. habet *ante* Haec de praedicta regione dixisse sufficiat *C*.

Deinde iam de dextris iterum Syriae supra invenies Arabiam: 38
cuius civitas maxima est Bostra, quae negotia maxima habere dicitur, propinqua Persis et Saracenis, in qua publicum opus tetrapyli mirantur.

Deinde iterum regio Ciliciae, quae faciens multum vinum laetificat 39
et alias provincias, et habet civitatem magnam et bonam quae sic vocatur Tharsum.

Post haec in superiori parte Cappadocia est, quae habet viros 40
nobiles et civitatem maximam Caesariam. Frigora autem maxima habere dicitur, ut non posse hominem imperitum locorum sine aliquo artificio habitare. Negotia autem haec obtima ubique mittere eam aiunt: leporinam vestem et Babylonicarum pellium et illorum divinorum animalium formunsitatem.

Inde obviat Galatia provincia obtima, sibi sufficiens. Negotiatur 41
vestem plurimam. aliquotiens vero et milites bonos dominis praestat. Et habet civitatem maximam, quae dicitur Ancyra. Divinum panem et eminentissimum manducare dicitur.

Iterum Frigia, et ipsa regio bona, et ipsa fortes viros possidens 42
secundum scributuras antiquorum, Homeri quoque et Vergilii et aliorum [qui] bellum ipsorumque Frigum et Graecorum conscribentium. Quae et civitatem maximam habere dicitur Laodiciam, quae vestem solam et nominatam emittat quae sic vocatur Laodicinam.

Deinde huius supra Armenia minor, quae equites et sagittarios 43
praestare aiunt utiles ad bellum.

Deinde Paphlagonia et Pontus, virorum divitum habitatio et valde 44
eminentium, similiter Cappadociis et Galatis, in doctrina quoque et in

G 2. *Ammianus l. c. 8* 'Inibi aurae salubriter spirantes, aër tranquillus et clemens', *cf. ib. 14 de Canopo.* — nonstra 'γϱ. Bostra' *G* | 3. tetrapoli *G*, *em. g* | 11. babillonicum *G* | 13. galacia *G* | 19. qui *del. Muell.* | 19. ipsorum quae prigium et gregorum *G* | 20. Laodicinam] laodiciam *G* | 20. quae] quam *Muell.* 24. paplagonia *G* | 25. cappadocus *G*; Cappadociis *scripsi; num* Cappadocibus? *sic Mueller.*

C 2. Bostra *C* 3. tetrapyli mirabile (memorabile *P*) nominatur *C* | 5. et alias] plurimas *C* | 6. Tarsus *Cav.* -sos *P* | 7. Post hanc superius *C* | 8. Caesarea *C* | 8. magna habere *C* | 9. ut — habitare *om. C* | 10. Neg. — aiunt] Haec ubique emittit *C* | 11. babylonicarum pellium et divinorum animalium pulchritudinem *C* | 13. negotiatur] emens ac vendens *C* | 14. aliq — pr.] fisco bonos milites praestat *C* | 15. maximam] magnam *C* | 15. divinum panem et vehementissimum *C* | 17. Phrygia *C* | 18. secundum — Quae et *om. C* | 20. habere d.] habet quae d. *C* | 20. de qua vestis exit *C* | 20. solam et *om. C* 21. Laodicena *C* | 22. Huic supra (superius *P*) A. m. coniungitur quae equites et sagittarios utiles mittit. *C* | 24. valde *om. C* | 25. sicuti Cappadoces et Galatae *C.*

omnibus bonis. Et mulieres speciosas *habet.* Historia vero de eas dicit speciosas esse et candidas nimis, ut visae deae esse putentur. Viros itaque praedictae provinciae quoque et civitates, hoc est Pontus et Paphlagonia et Galatia et Cappadocia, habent [et] prudentes [viros]. Si autem vis et prudentiam virorum audire, aspice in duo comitata orientis quoque et occidentis, et nullos ibi invenies, quam in aliis civitatibus aut provinciis, quomodo Ponticos aut Paphlagones et Cappadoces et Galatas: propterea et temptari per eos iussione imperatorum negotia putant; sunt enim valde fideles debitis, naturae bonum in se habentes; sic maioribus et melioribus proficere urgentur. Hic autem de his desinens rationem, iam incipiam sequentia dicere.

45 Sunt enim haec media terrena. Quoniam autem necessarium est significare partes propinquantes mari, iterum autem de Cilicia est et Isauria, quae viros fortes habere dicitur. Et latrocinia aliquando facere conati sunt; magis vero et adversarii Romanorum esse voluerunt, sed non potuerunt invictum nomen vincere.

Post quam est Pamphylia regio obtima et sibi sufficiens: oleum autem multum faciens, et alias regiones implens. Habet autem duas civitates splendidas, Pergen et Siden.

46 Post hanc Lycia regio sibi sufficiens: et habet montem maximum qui Caucasus dicitur, qui maior sub caelo non esse aiunt.

47 Post Lyciam Caria.

Et sic est maxima Asia, quae eminet in omnem provinciam et habet civitates innumerabiles, maximas vero et ad mare multas quidem habet, ex quibus nominare duo necessarium est. Ephesum quoque,

---

G 1. habet *addidi* | 2. 'γρ. uirosae' *G* | 3. provinciae quae et civitatem *G*, *correxi* | 4. pappaglonia *G* | 4. et *et* viros *delenda* | 6. nullos *scripsi* multos *G* | 6. multo plures *Muell.* | 6. quam *i. e. ut etiam*, ὡς καί | 7. quomodo *i. e. tali honore quali* | 7. ponticus aut paplagones *G* | 8. deuitia *G*, devotique *Muell. conicio* debitis *(i. e. officium praestantes)* | 11. orationem *Goth.* | 12. mediterranea *Muell.* | 13. autem: *puto* initium | 17. pamphilia *G* | 20. licia *G* | 21. Caucasus] *an* Cragus? *Muell.* | 21. coelo *G*? | 22. liciam *G*.

C 1. bonis ornatae sunt *C* | 1. speciosas — putentur] nimis candidas habent *C* | 2. Viros — 13 propinquantes mari] et viros prudentes et valde fideles, naturae in se bonum habentes *C* 14. habere — 16 vincere] et latrocinantes emittit *C* | 17. et valde sibi *C* | 21. Caucasum quo non est alius ut aiunt maior sub caelo *C* | 22. Caria — 23 est *om.* *C* | 23. in o. p.] omnibus provinciis *C* | 24. ad] circa *C* | 25. duo — quoque] Ephesum necessarium puto *C*.

quae portum praecipuum habere dicitur; similiter autem Smyrna, et ipsa civitas splendida. Regio autem tota lata et frugifera in omnia bona, vina varia, oleum, orydiam, purpuram bonam, † alicem. Et est valde admirabilis, cuius laudem per multas ponere difficile est.

Post hanc est Hellespontum, regio frugifera frumento, vino et oleo 48
ornata. Civitates † .a. habet antiquas illas Troiam et Ilium, horum autem maiorem Cyzicum: quae et positioni et magnitudini et ornamento et formonsitati omnem laudem superare potest. Et ibi enim Venus mulierum pulchritudinem sagitta Cupidinis ornata constituere voluit.

Post Hellespontum est invenire admirabilem Bithyniam, quae 49
maxima et obtima, quae sic omnem fructum facit. Civitates habet multas quidem, set admirabiles Niciam et Nicomediam. Et Niciae quidem civitatis dispositionem difficile est alibi invenire: regulam autem putat aliquis impositam esse omni civitati propter aequitatem et formonsitatem: et est in omnibus ornata et constans. Nicomedia vero et ipsa eminens et admirabilis et in omnibus habundans et habens opus publicum optimum basilicam antiquam, qua divinum ignem de caelo descendisse et combussisse eam dicunt: et condita est postea a Constantino. Habet autem et circenses, structuram valde bonam, in qua [eminet] circensium spectaculum diligentius spectatur.

Post Bithyniam iterum Thracia provincia: et ipsa dives in fructibus 50
et maximos habens viros et fortes in bello. Propter quod et frequenter

---

G 2. laeta *Goth.* | 3. horidiam *G* | 3. alitem *Goth.* | 5. ellespontum *G* | 6. .a.] autem *Muell.* | 6. et olium *G* | 7. positione *sqq. ablativo Goth.; sed auctor* μεγέθει *rell. ad verbum vertit* | 9. cupidis *G* | 10. ellespontum *G* | 10. bittiniam *G* | 11. sic : *an* sibi? | 12. set] et *G* | 12. nichomediam *G* | 13. ciuitati dispositioni *G* | 14. "aequalitatem' *vertere debuit' Goth.* | 17. quae *G* qua *Goth.* | 17. de colo *G* | 20. eminet] eminens *Muell. sed ex praecendeti* eminens *iteratum est.* | 21. bittiniam *G* | 21. trachia *G* | 21. duces *G*.

C 2. lata et *om. C* | 2. in o. b. *om. C* | 3. uaria proferens *C* | 3. orizam *Cav.*, oryzam *P* | 3. alicam *C recte* | 3. Et — 4 est *om. C* | 5. Hellespontus *C* | 6. ornata civitatibus antiquis Cyzico Troia et Ilio, quae et positione *rell. ablativo C* | 8. Et — voluit] Et ibi enim pulchritudo mulierum laudabilis est *C* | 10. Bithynia — facit] Bithynia omnem fructum habens *C* | 11. In hac sunt maximae civitates Nicaea et Nicomedia *C* | 13. dispositionem civitatis *C* | 13. in aliis urbibus *C* | 13. autem] enim *C* | 14. omni *om. C* | 14. propter — constans] ita ut omnia aedificiorum culmina aequali decorata libramine splendidum intuentibus praebere videantur aspectum *C* | 16. eminens — 20 circensium tantum omnibus bonis abundans *C* | 20. spectaculum dil. sp.] Diligenter in ea spectaculum exhibetur *C* | 21. Thraciae *C* | 21. dives *C* | 22. maximos *om. C* | 22. eiciens *C* | 22. Propter — 117, 1 tolluntur *om. C*

inde milites tolluntur. Habet autem civitates splendidas Constantinopolim et Heracleam: quae Constantinopolis cum esset aliquando Byzantium, Constantinus conditae suum cognomen civitati imposuit. Heraclea vero excellentem opus habet et theatrum et regale palatium: Constantinopolis autem omnia praecipua habere potest propter Constantinum. Nec non vero etiam circensium spectaculum saevissime spectatur.

51 A Thracia ergo obviantem invenies Macedoniam: quae habundans omnia, negotium vero eicit ferrum et plumbum; aliquotiens enim et lardum et caseum Dardanicum (adiacet enim ei Dardania). Et habet civitatem splendidam Thessalonicam: quae est et ipsa una eminentium.

52 Post Macedoniam Thessalia, multa ferens; et aliis sufficere dicitur. Et habet montem Olympum, quem deorum habitaculum Homerus ait.

Post Thessaliam Achaiae, Graeciae et Laconicae terra, quae in se *studia* habens, non in aliis sufficere sibi potest. Nam et ipsa provincia brevis est et montuosa et non tantum frugifera potest esse: oleum vero ex pauco generat, et mel Atticum; et magis fama doctrinae et orationum glorificari potest: in aliis enim quamplurime non sic. Civitates autem habet has: Corinthum et Athenas: Corinthum enim civitatem multum in negotio, et habens opus praecipuum amphitheatri. Athenas vero et historias antiquas et aliquid dignum nominatum † arcum, ubi multis statuis stantibus mirabile est videre dicendum antiquorum bellum. Laconica vero solo Crocino lapide, quem dicunt Lacedaemonium, ornari putat*ur*.

G 1. tollentur *G* | 2. aeracleam *G* | 3. conditam *G*. conditae *Goth.* | 4. teatrum *G* | 6. seuissime sectatur *G*, *em. Goth.* | 7. trachia *G* | 8. plumam *G*, plumbum *Goth.* | 8. enim] etiam? | 12. olimpum *G* | 14. studia *om. G* | 14. in *scripsi* sic *G* | 16. doctrinam *G* | 17. quamplurimae *G* | 18. corintum *G bis* | 19. atenas *G* | 20. arcem *Muellerus. an* acrum *(acropolin?)* | 22. liconica *G* | 22. cronico *G*, Crocino *Maius* (*ex Croceis Laconicae oppido quam Λάκαιναν λίθον dicit Lucianus Hipp. 5)* | 23. putat *G*.

C 2. Heracliam quam Constantinopolim *C* | 3. C. imperator condidit et *C* | 4. excellentissimum *C* | 4. in theatro *C* | 4. Const. — 6 vero *om. C* | 6. etiam — spect.] Nam Constantinopoli circense opus perniciosa et saevissima contentione spectatur *C* | 8. omnia negotium] omnibus bonis *C* | 8. plumam *C* | 8. al. enim *om. C* | 10. splendidissimam *C* | 10. et ipsa *om. C* | 11. multa — dicitur] multo habundans tritico *C* 12. montem excelsum qui vocatur Olympus *C* | 12. quem — ait *om. C* | 13. Achaia et Graecia et Laconica, quae sola in se studia habens sufficere sibi tantum potest *C* (tantum *P*, *om. Cav.*) | 15. montensis, quae fruges gignit; oleum perraro paucum, et mel *C* | 16. doctrinae et oratorum gloria decoratur *C* | 17. in — sic *om. C* | 18. has] optimas *C* | 18. Cor. — negotio] Cor. negotiis viget *C* | 19. Atenas — 21 bellum] Athenae vero sola studia litterarum *C* | 22. putatur *C* | 22. crocino *sic C* | 23. putatur *C*.

53 Post Achaiam est inveniri Epiri partes, et civitas quae sic vocatur Epirus; provincia vero a quibusdam Epirus, a quibusdam Aetolia. Civitas Nicopolis, quae piscem multum marinum habundat, † ut odire speciem videntem aliquantam. †

Post hanc paulo superius Dalmatia est: quae in negotiis eminens esse dicitur. Caseum itaque Dalmatenum et tigna tectis utilia, similiter et ferrum, tres species, cum sint utilia, habundans emittit. Et habet civitatem splendidam Salonam: Dyrrachium enim propter habitantium malitiam a deo mari mersa, ut dicunt, descendit, et non apparuit.

54 Deinde iam ordine provinciae: Calabria, quae frumentifera cum sit, habundat in omnibus bonis. Post hanc Brittia: et ipsa obtima cum sit, negotium emittit vestem byrram et vinum multum et obtimum. Post Brittiam Lucania regio obtima, et ipsa omnibus habundans, et lardum multum foras emittit: † propter quod est in montibus cuius aescam animalium variam. † Post eam Campania provincia, non valde quidem magna, divites autem viros possidens, et ipsa sibi sufficiens est, et cellarium regnanti Romae.

55 Et post eam Italia, quae et nominata verbo solum aut in nomine gloriam suam ostendit, multas et varias civitates habens, et omnibus bonis plena regitur a providentia. Invenies enim in ipsa Italia vinum multa genera, Picenum Sabinum Tiburtinum Tuscum (etenim Tuscia

---

G 2. etpirus *G*, '*γρ.* ephirus' *Goth.* Ephyra *Müll.* | 3. ut odire *i. e. ὥστε μισεῖν. locus obscuro sensu* | 8. dirracium *G* | 9. a dō *G*, a deo *Goth.* | 9. mari mersa *scripsi* magis uero *G*, maris versa *Gronovius* | 8. *cf. Hieronymus chron. ad a. 345* 'Dyrrhachium corruit terrae motu' | 11. Brittzantium *G* '*γρ* Brittzia' | 12. negocium *G* | 12. byrrum *G* | 13. Post brittziam *G* | 14. propter quod *i. e. διότι. conicio* propter quod est (*vel* sunt) in montibus eius pascua animalium (*vel* animaliaque) varia | 15. enim *G*. eam *Muell.* '? eam. in MS.' *adnotat Goth.* | 17. regnante Romo *G*, *em. Goth.* | 18. Et postea in Italiam *G*, *em. Muell.* | 21. deuortinum tuscium *G*.

C 1. et civitas Ephyrus (Epirus *P*) *C* | 2. provincia — Civitas] Post hanc *C* | 3. piscem *sqq. accusativos etiam C* | 3. ut — aliquantam *om. C* | 5 quae — 7 emittit] negotiis vigens et tres species utiles mittens, caseum, tigna et ferrum *C* | 8. quae vocatur Salonae, Dyrrachium vero propter malitiam habitantium destructa est, et in profundum deo irascente submersa non comparuit *C* 10. D. — bonis] Sequitur Calabria frumentifera in omnibus bonis *C* 11. Bruttia *C* | 12. et — negotium *om. C* | 12. byrram *om. C* | 12. Post hanc L. *C* | 14. foras] aliis provinciis *C* | 14. propter — variam] quoniam montes eius et variis habundant animalibus et plurima pascua *C* | 16. est — Romae *om. C* | 18. quae — 19 ostendit *om. C* | 20. regitur a providentia *om. C* | 20. uinorum *C* | 21. Tiburtinum (Deburtinum *P*) et Tuscum *C*.

adiacet praedictae provinciae: cuius formonsitatem non post multum narremus). Italia ergo omnibus habundans insuper et hoc maximum bonum possidet: civitatem maximam et eminentissimam et regalem, quae de nomine virtutem ostentat, et vocatur Roma: quam aiunt condidisse Romulus puer. Est itaque quam maxima, et aedificiis divinis ornata. Quisque enim *ex* ante factis imperatorum, aut nunc qui sunt, in eam condere aliquid voluerunt, et singuli eorum opus qualecumque in nomine suo facit. Si enim volueris Antoninum, opera invenies innumerata: sicut et quae dicitur forum Traianum, quae habet basilicam praecipuam et nominatam. Habet autem et circenses bene positum et aeramento multo ornatum. Sunt autem in ipsa Roma et virgines septem ingenuae et clarissimae, quae sacra deorum pro salute civitatis secundum antiquorum morem perficiunt et vocantur virgines Vestae. Similiter et fluvium habet multis notum Tybrim, qui utilis est praedictae civitati, qui incidens eam pervenit in mare, et per ipsum omnia quae veniunt de peregre ascendunt a decem et octo milia, et sic civitas omnibus bonis habundat. Habet autem et senatum maximum virorum divitum. Quod si per singulos probare volueris, invenies omnes iudices aut factos aut futuros esse: aut potentes quidem, nolentes autem, propter suorum frui cum securitate velle. Colunt autem et deos ex parte, Iovem et Solem: nec non et sacra matris deum perficere dicunt: et aruspices ad eos †certum est.

G 1. formonsitate *G* | 4. ostentat *Goth.*, ostendat *G* | 5. edificiis *G* | 6. ex *om. G* | 6. ex ante actis imperatoribus *Goth.* | 7. opus qualemque *G*, *em. Goth.* | 10. circense *Goth.* | 14. tyberim *G* | 16. ascendent *G* | 18. Quod si *G* | 18. per singulas *G*, *em. Goth.* | 20. colunt *Goth.*, colent *G* | 21. sacramantis, *supr. lin. correctum in* sacra matris *G*.

C 1. cuius — 2 hoc] Super hoc *C* | 2. maximam et *om. C* | 3. civitatem eminentissimam et regalem quae dicitur *P*, *om. Cav.* | 4. quae — 6 ornata] Roma (Romam *Cav.*), splendoribus divinorum aedificiorum ornatam *C* | 6. Quisque — 11 ornatum] Omnes enim imperatores ob gloriam suae virtutis unusquisque eorum (illorum *Cav.*) proprium opus suo nomine dedicarunt. Quis enim Antonini dinumeret opera? Quis Traiani vel ceterorum explicet in operibus publicis ornamenta? In qua et circenses bene dispositos invenies ordines habundantissimo aeramine decoratos *C* | 11. Sunt — 13 Vestae *om. C* | 14. fluvium utilem sibi, qui a Tiberino Tiberis vocabulum sumpsit, nam prius Albula dicebatur *C* | 16. ascendunt *Cav.*] suscipit *P* | 16. e peregrinis *C* | 16. a *om. C*; *an* ad? | 16. decem — habundat *om. P* | 17. milibus *Cav.* | 18. divitum et eloquentium *C* | 18. Quos si *P*, Quod si *Cav.* | 19. aut factos — 121, 1 habet] et potestates (*rell. om.*) *C*.

Hanc habet vicina Tuscia. Quae Tuscia quamplurime hoc a diis 56 nomen maximum accepit: inde enim aiunt ab origine inventa esse haruspicia: et quod bonum deos esse dicebant. Nam et ipsa habundans omnibus bonis et hoc possidet maxime: circa deos haruspicia multa; etenim huius rei ortum ad eos esse dicitur. Et haec quidem Romae et Tusciae.

Italiae vero et aliae civitates sunt splendidae, quae sic vocantur Aquileia et Mediolanum.

Post ergo Italiam quas praetermisimus civitates dicamus: Mysiam 57 et Daciam provincias, sibi quidem sufficientes, frigora autem magna habentes; quarum civitas magna Naissus dicitur.

Deinde Pannonia regio, terra dives in omnibus, fructibus quoque et iumentis et negotiis, ex parte et mancipiis. Et semper habitatio imperatorum est. Habet autem et civitates maximas, Sirmium quoque et Noricum: unde et vestis Noricus exire dicitur. Haec Pannonia regio. Quae adiacet trans flumen Danuvium, gens barbarorum Sarmatum est.

Post Pannoniam Galliam provinciam, quae cum maxima sit, et 58 imperatorem semper eget: hunc ex se habet. Sed propter maioris praesentiam omnia in multitudine habundat, sed plurimi pretii. Civitatem autem maximam dicunt habere, quae vocatur Triveris, ubi et

G 1. habet (ταύτης ἔχεται) *scripsi* habes *G*, Huic habes vicinam Tusciam *Muell.* | 1. quamplurimae *G* | 2. unde *G*, inde *Goth.* | 2. inuentam *G* | 4. maximae *G* | 5. huius rei] haruspices *Muell.* | 5. ortum *scripsi* certum *G* | 11. quorum *G* | 11. nessus *G* | 14. syrmi *G* | 15. uestis Norica *puto* | 16. dannuuium *G* | 18. egeat *Goth.* | 18. havet *Goth.* | 18. maioris] maris *idem* | 18. *De Magnentio Galliae a. 350—353 tyranno Muellerus p. L intellegit, de Constante Gothofredus* | 19. plurima *G* | 20. *cf. Ammianus XV 11, 9* 'Treviros domicilium principum clarum'.

C 1—6. Sequitur Tuscia, quae inter omnia bona (hoc a diis [*immo* a deo] maximum accepisse *add. Muell.*) fertur, quod ex ea haruspices primum prodierunt *C* | 7. splendidae et d i v i t e s o p u m *C* | 8. mediolanus *C* | 9. Italiam] Italiam s u p e r i o r a c u r r e n t e s *C* | 9. civitates] prouincias *recte C* | 9. Moesiam *C* | 11. quarum est Naissus (Nayssos *Cav.*?) ciuitas opulenta *C* | 12. Pannoniae *C* | 13. sed et negotiis et mancipiis *C* | 14. h.] habitatio d e l e c t a b i l i s *C* | 14. Sirmium et *C* | 15. uestis Norica *C* | 15. Pannoniae *C* | 16. Danubium *C* | 16. barb. et Sarmatum *C* (est S. *Muell.*) 17. Galliarum provincia *C* | 17. et — 19 habundat] et propter imp. quo semper eget in mult. omnibus bonis habundat *C* (hunc — habet *om. C*) | 19. plurimi *sic C* | 20. Triberis *P*, Tyberim *Cav.* | 20. in qua dominus g e n t i s inhabitat; est e n i m mediterranea *C*.

habitare dominus dicitur; et est mediterranea. Similiter autem habet alteram civitatem in omnibus ei adiuvantem, quae est super mare, quam dicunt Arelatum, quae ab omni mundo negotia accipiens praedictae civitati emittit. Omnis autem regio viros habet fortes et nobiles in bello: itaque plurimum exercitum et fortia Gallorum esse dicuntur, et est in omnibus provincia admirabilis. Et habet adiacentem gentem barbaram Gothorum.

59 Deinde ad Gallias Spania, terra lata et maxima et dives viris doctis in omnibus negotiis: quorum ex parte dicemus. Oleum enim et liquamen et vestem variam et lardum et iumenta mittens, omni mundo sufficiens, omnia bona possidens, et praecipua in omnibus bonis. Insuper autem et sparti virtutem omni terrae praestans videtur quidem necessaria aput multos, quoniam omne navium genus salvat, et per ipsum quamplurime omnem negotium videtur: aput multos autem debilis esse videtur. Inde oceanum esse dicitur et huius partem, quae nemo hominum narrare potest. Sed qui ibi esse potest? Est enim desertum et, sicut aiunt, est ibi finis mundi.

60 Deinde girantem ad austri terram invenies terram Mauritaniam. Homines barbarorum vitam et mores, tamen Romanis subditi. Quae provincia vestem et mancipia negotiatur et frumentum habundat et habet civitatem Caesaream.

Deinde post Mauritaniam Numidia provincia, fructibus habundans et sibi sufficiens; et negotia habet vestem variam et animalia obtima.

61 Ad hanc provinciam Africae regio dives in omnibus invenitur; omnibus bonis ornata est, fructibus quoque et iumentis, et paene ipsa

---

G 5. dicunt *Muell.* | 8. Gallia *G*, *corr. Goth.* | 9. dicimus *G*, *corr. Muell.* 12. quae videtur *Goth.* | 14. ipsam *et* omne *Muell.* quamplurimae *G* | 24. Ad *Goth.*, Ab *G* | 25. poene *G*.

C 2. in — adiu.] priori similem *C* | 2. super] iuxta *C* | 3. Arelata *C* | 4. fortes in bello (proelio *P*) et nobiles in omni negotio (itaque — Et *deest*) *C* | 6. His adiacet gens multa (*fortasse* inculta?) Gothorum *C* | 8. Post Gallias Hispania *C* | 8. viris doctis et omnibus bonis ornata, quae omnibus negotiis pollet *C* | 9. quorum — dicemus *om. C* | 9. oleum vero multum *C* | 10. omni mundo sufficiens] habundans *C* 11. Insuper — 15 esse videtur] et spartum *C* | 15. oceanus esse dicitur, cuius partes *C* | 16. potuit enarrare *C* 16. Sed— potest *om. C* | 16. desertum] eremi solitudo *C* | 18. D. gyrante circulo a partibus austri *C* | 18. Mauritaniae in qua gens inhabitat hominum b. v. et m. feros habentium *C* | 19. tamen R. subd. *om. C* | 20. in vestibus negotiatur et in mancipiis *C* | 21. civ.] civitatem bonam *C* | 23. et sibi suff. *om. Cav.* | 24. vestium *sqq. genetivo P*, vestis variae *Cav.* | 24. Abhinc *Maius*, Ab hac (hanc *Cav.*) provincia *C*.

omnibus gentibus usum olei praestat. Quae multas et differentes civitates possidens unam praecipuam et admirabilem nimium habet, quae sic vocatur Kartago, quam condidit mulier Tyria nomine Dido: quae cum Libyam venisset, locum emit, quantum corium bubulum circumtenere potuit, ut Virgilius ait, cognomine Byrsa. Quae dispositione valde gloriosissima constat: formonsitatem vero, locum pro † locu possidens, habet oleum; etenim ordinem arborum habet, in vicos aequalis: et portum super omne novum visum habens Neptunum sine timore navium serenum praestare videtur; securitatis enim plenus est. Et iterum praecipuum invenies opus publicum in eam, vicum argentariorum. In delectabilibus vero unum solum spectaculum valde contentiose expectant habitantes munerum. Ipsa autem regio Africae est valde maxima et bona et dives, homines autem habens non dignos patriae: regio enim multa et bona, homines vero non sic: dolosi enim quam plurimi omnis esse dicuntur, alia quidem dicentes, alia autem facientes. Difficile autem inter eos invenitur bonus, tamen in multis pauci boni esse possunt.

Deinde post Africae omnem regionem adiacet et deserta terra ma- 62
xima in austri partibus: ubi aiunt in minima parte ipsius deserti habitare barbarorum paucam gentem quae sic vocatur Mazicum et Aethiopum.

Post hos invenitur regio Pentapolitana, pauca, sed fructibus et iumentis dives, quae civitates habet antiquas duo Ptolemaida et Cyrenem, quas dicunt in tempore regnasse.

G 4. libiam *G* | 4. *Verg. Aen. I 368* 'taurino quantum possent circumdare tergo'. | 6. *sq. corruptum.* pro luco *Gothofredus conl. Verg. Aen. I 441.* | 7. olivam *idem* | 7. *num* aequales? | 8. visu *Goth.* | 8. Neptunum *i. e. mare* 12. munerum *i. e. gladiatoriorum.* | 19. paucam] pravam *Muell.* | 20. hos *scripsi* hoc *G* (quos *C*) | 20. pontipolitana *G*; *recte C* | 21. quae] quam *G* | 21. ptolemaide et quirenim *G*.

C 2. adm. valde *C* | 3. sic *om. C* | 3. Carthago *C* | 4. bubulinum *C* | 5. ut] quae ut *C* | 5. Byrsa i d e s t c o r i u m *C* | 6. form. — 9. plenus est] quae in directione vicorum et platearum aequalibus lineis currens magnum adhuc super omnia bonum habet in portu, qui securitatis est plenus, et novo visu Neptunum sine timore navibus praestare videtur *C* | 10. in ea *C* | 10. In — solum] Hoc autem in ea culpabile repperitur, quod *C* | 11. spectac. *et* habitantes *om. C* | 11. spectant *Maius*, expectant *sic et C* | 12. munerum *om. C* 13. regio — sic *om. C* 14. quampl. omn. *om. C* 15. Diff. — bonus *om. C* | 16. licet inter plurimos malos p. b. possint forsitan inveniri *C* | 17. et *om. C*, *recte?* | 18. in minima — deserti *om. C* | 19. gentem pessimam *C* | 21. duas *C* | 21. Ptolemaidem et Cyrenen *C* | 22. in t.] aliquando *C*.

Post quam altera provincia Libyae nomine, propinquans et ipsa ab occasu Alexandriae, quae non accipit aquam de caelo non pluente eis per singulos annos. Viros quidem habet paucos, tamen bonos et pios et prudentes; puto autem quod bonum eis inest nisi a dei † eruditione. Deinde iam iterum Alexandriam.

Et haec quidem orbis terrae, Romanorum quoque et barbarorum terram, quod ex parte dicere potuimus. Non enim omnia certissime conscribere possibile erat. Tamen etsi forte latuit nos aliqua pars, tamen, ut opinor, non valde.

63 Ut non autem † solam totam historiam praetermittere videar, iam et insulas, quae medio mari positae sunt, et ipsarum memoratus sic orationem desinam.

Habes ergo ab oriente insulas sic: primam et maximam Cyprum, quae solet navem conficere; dicitur non indigens alterius provinciae quicquam pro fabrica navium; necessaria ipsa insula habet omnia inferius declarata: ligna, aeramentum, ferrum, picem, nec non vero linteamen pro velaria, et funium usum. Dicunt autem et aliis bonis omnibus habundare.

64 Deinde Euboeam (et ipsa insula) nobilem esse dicunt; inde quae sic vocantur Cycladas insulas plurimas, numero quinquaginta tres, quae

---

G 1. libiae *G* | 2 coelo *G*? 4. inest] non est *Muell.* adoratione *Goth.* | 2 non pluente — annos *post* 4 eruditione *G*, *transpos. Muell.* | 7. quod *del. Muell.* quoad *puto* 10. solam] insularum *Muell.* 10. istoriam *G* 10. iam] nam *G* 13. *Ammianus Marc. XIV 8, 14* 'Tanta . . fertilitate abundat rerum omnium Cyprus, ut nullius externi indigens adminiculi indigenis viribus a fundamento ipso carinae ad supremos usque carbasos aedificet onerariam navem omnibusque armamentis instructam mari committat.' | 17. velariis *Goth.* | 17. omnibus *Goth.*, hominibus *G* | 19. Etboeam *G. corr. g* | 20. uocatur *G.*

C 1. Libya *C* | 1. prop.] proxima *C* | 2. e caelo (non pluente — annos *om. C*) inops est valde, et viros (quidem *add. Cav.*) paucissimos habet, sed *C* | 3. puto — eruditione] Unde autem eis hoc bonum? puto quod ab eruditione divina *C* | 6. Rom. — quod] descriptio, quam *C* | 7. Non — 9 videar *om. C hoc loco, cf. p. 126 ex.* | 10. iam — desinam] Nunc iam etiam de insulis pauca dicamus *C* | 13. insulas sic *om. C* | 14. quae — dicitur *om. C* | 15. pro] in *C* | 15 ipsa insula] in se *C* | 15. inf. decl. *om. C* | 16. ligna diversa *C* | 16. nec — usum] linum, et restium usum *C*, l. in velorum et restium us. *Muell.* | 17. aliis b. om.] alia multa bona *C* | 18. Euboea *C* | 19. et ipsa insula *om. C* | 19. valde nobilem et multis bonis ornatam *C* | 19. quae s. voc. *om. C* | 20. numero — quae] quae licet multae sint *C.*

omnes suum iudicem habent; quarum aliquas ex nomine dicere necessarium est. Nempe Rhodum insulam et civitatem maximam; quae, sicut profetavit Sibylla, ab ira dei est perversa. Est autem in ipsam civitatem statua, quam omnes Colosseum nominant novum, mirae magnitudinis: dolus enim in ipsa fuit, secundum profetiam praedictae Sibyllae.

Iam et alteram et Apollinis . . . . . . Tenedos.

Ab ipsa invenies Imbrum, quae Imbrus leporinam vestem multam eiicit propter habundantiam ipsius rei; ibi animalium multitudo. In caeteris vero rebus moderata, ipsa sibi sufficiens: vinum autem multum faciens, Macedoniae et Thraciae regioni † similans.

Postea Cretam insulam invenies, quae centum numero civitatibus 65
ornata est. Et est in omnibus dives et mirabilis. Quae habet maximam civitatem nomine Gortynam, in qua et circenses esse dicunt; et habet viros divites ex parte et eruditos.

Deinde Cythera alia insula, inde Zacynthus et Cephalonia insulae, habentes [et] habundanter omnia bona.

Post quas insulas omnis optima et maxima Sicilia insula, quae 66
† solidam terrae differens: multa enim bona Sicilia generat et emittit

---

G 2. Nam quae rodum *G* | 3. sibilla *G* | 3. ira] cra *G* | 3. est peruersa *scripsi*: esse peritura *G*, est peritura *Goth.* | 4. *Terrae motu id sub Constantio anno imperii octavo a. 344 factum esse narrat Cedrenus* | 4. mirae *C*, uirum *G*, visum *Muell.* | 5. *cf. Pausanias II 7, 1*: *Ῥοδίοις ἐσείσθη μάλιστα ἡ νῆσος, ὥστε καὶ τὸ λόγιον τετελέσθαι Σιβύλλῃ τὸ ἐς τὴν Ῥόδον ἔδοξεν* | 6. sybillae *G* | 7. apollines *G* | 7. Iam *sqq. lacunam indicavi* | 8. Ab '*γρ.* ad' *Goth.* | 8. ipsos *G*, *em. Muell.* | 8. ymbrum *G* | 11. trachiae *G* | 11. submittens *Goth.* | 14. gordinam *G* | 16. cithera *G* | 16. zazinthus *G* | 16. insulas *G* | 17. et habundantes *G*.

C 1. omnes tamen suum i. h. *C* | 1. ex] et C | 2. Nempe — 3 perversa] In primis ergo Rhodum ponamus, in qua civitas maxima fuit, quae ab ira dei subversa est *C* | 3. In hac *C* | 4. novum *om. C* | 4. omnes *om. C* | 5. dolus — Sibyllae *om. C* | 7. Sequitur D e l u s, q u a e i n m e d i o C y c l a d u m s i t a, i n q u a L a t o n a e n i x a e s t Apollinem e t D i a n a m. I n d e Tenedus, inde Imbrus *C* | 9. ipsius — multitudo] animalium quae in eadem fuit *C* | 9. In — sibi] I n d e L e m n u s a d i a c e t, et ipsa moderate sibi *C* | 10. vinum plurimum ferens *C* | 11. similans] mittit *C* | 12. insulam m a g n a m *C* | 13. et v a l d e mirabilis *C* | 13. Quae e t i a m v i n u m o p t i m u m f e r e n s habet *C* | 14. Gortyna *Cav.*, gratiosa *P* | 15. divites *et* et *om. C* | 17. habentes habundanter *C* | 18. quae — 19 differens] quae propter soliditatem terrae differens ceteris insulis invenitur *C* | 19. multa enim et magna *C*.

ubique negotia utilis in habundantiam, lanam infinitam, similiter et iumenta. Habet autem et viros divites et eruditos omni doctrina, Graeca quoque et Latina. Civitates autem habet splendidas Syracusam et Catanam, in quibus spectaculum circensium bene completur. Animalia enim bona et fortia habentes, contendunt delectantes animalium virtute. In qua insula et montem, qui sic vocatur Aetna: si dignum est, divinitas est in illo monte, quoniam diebus noctibusque ardet in capite montis, unde et fumus ascendere apparet: qui mons in girum vineta multa habens generat vina praecipua.

67 Deinde Cossora; post hanc aliam insulam quae sic vocatur Sardiniam: et ipsa ditissima fructibus et iumentis, et est valde splendidissima.

68 Deinde alia quae sic vocatur Britannia insula, sicut qui fuerunt narrant, valde maxima et praecipua in omnibus.

EXPLICIT EXPOSITIO TOTIVS MVNDI ET GENTIVM.

G 1. utiles *G*, *emendavi* | 3. quoque graeca *G* | 4. cathenam *G* | 5. habens *G* | 6. *fortasse* et mons est | 6. hetna *G* | 6. si fide dignum *Goth.* | 11. iumentibus *G* | 13. qui ibi fuerunt *puto.*

C 1. neg. — hab. *om. C* | 1. lana quoque, frumento et iumentis habundat *C* | 2. omni — Latina] Graeco Latinoque sermone *C* | 3. tres . . Syracusas Palarmum (*hoc nomen maiusculis litteris in Car.*) et Catinam *C* | 4. b. c.] exhibentur *C* | 5. Animalia — 6 insula *om. C* | 6. Habet et montem qui Aetna *C* | 6. si — quoniam *om. C* | 7. ardens *C* | 7. in capite — 8 mons *om. C* | 9. in circuitu suo vites optimas nutrit, quae vinum bonum afferre dicuntur *C* | 10. Cossora] Stoechades *C;* deinde Sardinia *C* | 11. iumentis *sic C* | 14. sicut — narrant *om. C* | 14. et praecipua, omnia in multitudine proferens, viros quoque pugnatores et fortes. *Deinde*: Et haec quidem secundum possibilitatem humanam descripsimus. Si enim latuerunt nos aut provinciae aut civitates aut insulae non multae, ut mihi videtur, latuerunt autem pro eo quod impossibile est homini omnia nosse: solus enim deus, qui universa creavit, potest omnia nosse (*cf. p.* 124, 7) *C.*

NOMINA PROVINCIARVM OMNIVM.

Dioecesis Orientis habet provincias numero XVIII: Libya superior | 1
Libya inferior | Thebais | Aegyptus Iovia | Aegyptus Herculea | Arabia | [item Arabia Augusta Libanensis] | Palaestina | Foenice | Syria Coele | [Augusta Euphratensis] | Cilicia | Isauria | Cyprus | Mesopotamia | [Osroena].

Dioecesis Pontica habet provincias numero VII: Bithynia | Cap- 2
padocia | Galatia | Paphlagonia (nunc in duas divisa) | Diospontus | Pontus Polemoniacus | Armenia minor (nunc et maior addita).

Dioecesis Asiana habet provincias numero VIIII: Pamphylia | 3
Frygia [prima | Frygia secunda] | Asia | Lydia | Caria | Insulae | Pisidia | [Hellespontus].

Dioecesis Thraciae habet provincias numero VI: Europa | Rho- 4
dope | Thracia | Haemimontus | Scythia | Moesia inferior.

Dioecesis Moesiarum habet provincias numero XI: Dacia | Moesia 5
superior Margensis | Dardania | Macedonia | Thessalia | *Achaia* | † pri-antina | Praevalitana | Epiros nova | Epiros vetus | Creta.

Dioecesis Pannoniarum habet procincias numero VII: Pannonia 6
inferior | Savensis | Dalmatia | Valeria | Pannonia superior | Noricus ripariensis | Noricus mediterranea.

EXPLICIT COSMOGRAFIA IULI CAESARIS. INCIPIT EIUSDEM NOMINA PROUINCIARUM OMNIVM *V fol. 254 r. Numeri nullius pretii sunt.*

1. Diocensis *V ubique* | *V*: 1. libia | 2. libia | 3. *sqq. Vncis quadratis inclusa interpolata censet saeculo IV exeunte E. Kuhn ann. philol. 1877 p. 701 sqq., uncis rotundis interpolata Theodosii II aevo Mommsenus* | 3. palestina fenicen syriac cohele | 4. cupatenses (i supra) | 4. tupus | 4. osroaena | 5. bitinia | 6. paplagonia (m supra) | 6. diuisas | 7. polemiacus | 8. numero] supra scribtas *V* | 8. phanfilia | 9. frigiā | 9. frigia | 9. assa lidia | 9. insuluae fisidiae ellespontus | 9. Lycia *addit Mommsen p. 506.* | 11. tracoae | 11. rodope tracia emossanus scitia misia inferiori *V*. Emosmons *scr. Seeck.* | 13. misiarum | 13. dacias misia | 14. tessalia | 14. Achaia *add. Mommsen* | 15. Praevalitana] priualentina | 17. fauensis | 17. Pannonia] pannonia pannonia | 17. noricus pariensis (*est* ripensis).

7 Dioecesis Britanniarum habet provincias numero VI: Prima | Secunda | Maxima Caesariensis | Flavia Caesariensis.

8 Dioecesis Galliarum habet provincias numero VIII: Belgica prima | Belgica secunda | Germania prima | Germania secunda | Sequania | Lugdunensis prima | Lugdunensis secunda | Alpes Graiae et Poeninae.

9 Dioecesis Viennensis habet provincias numero VII: Viennensis | Narbonensis [prima | Narbonensis secunda] | Novem populi | Aquitanica [prima | Aquitanica secunda] | Alpes maritimae.

10 Dioecesis Italiciana habet provincias numero XVI: Venetia Histria | Flaminia | Picenum | Tuscia Umbria | Apulia Calabria | Lucania | . . . . . Corsica | Alpes Cottiae | Raetia.

11 Dioecesis Hispaniarum habet provincias numero VII: Baetica | Lusitania | Karthaginiensis | Gallaecia | Tarraconensis | Mauritania Tingitana.

12 Dioecesis Africae habet provincias numero VII: Proconsularis Zeugitana | Byzacena | Numidia Cirtensis | Numidia miliciana | Mauritania Caesariensis | Mauritania † tabia insidiana.

Felix saeculum.

* * *

13 Gentes barbarae quae pullulaverunt sub imperatoribus.

Scoti | Picti | Caledonii | Rugi | Heruli | Saxones | Franci | Chattovari | Chamavi | Frisiavi | Amsivari | Angrivari | Flevi | Bructeri | Chatti | Burgundiones | Alamanni | Suebi | Iuthungi | Armilausini | Marcomanni | Quadi | Taifali | Hermunduri | Vandali | Sarmatae | Sciri |

1. brittaniarum | 1. primam secundam | 2. maxime | 2. aelauiae c. | 3. betica prima betica secunda | 5. lubdunensis | 5. lubdunensis | 6. biennensis | 6. biennensis | 9. beteiam histriam flaminiam | 10. tusciam umbrenam apuliam calabriam licaoniam corsicam | 11. alpes cotias retia | 11. *desunt* Aemilia Liguria Campania Samnium Sicilia Sardinia, *fortasse et* Valeria | 12. beticam lusitaniam kartaginiensis gallecia tharraconensis | 14. tingitania | 16. bizacina zeugitana, *transpos. Mommsen* | 16. N. miliciana] Tripolitana? *idem. Ego aliud nomen Mauretaniae Sitifensis puto.* | 17. *num* Maur. Sitifensis? *Mommsen. Videtur mihi* tabia *repetitum ex* tania, *et* insidiana *ex* Tingitana *perperam iterato ortum* | 19. calidoni | 19. Heruli Rugi *post* Sarmatae *ponit Muellenhoff* | 19. franci gallouari *post* sueui *in codice; huc transposuit Muellenhoff; nomen correxi* | 19. camari | 19. Frisiavi *Muell.*: crinsiani | 20. angri angriuari | 20. Flevus *Frisiavorum lacus est* | 20. cati burgunziones | 21. sueui | 21. iotungi | 22. taifruli: *hos ad* Gothos *ponit Muellenhoff* | 22. hermundubi.

Carpi | Scythae | Gothi | †Indii | Armenii | Osrhoeni | Palmyreni | † Mosoritae | *Naba*thei | Isauri | Fryges | Persae | Marmaridae.

Item gentes quae in Mauretania sunt: Mauri *Quinque*gentiani | Mauri Mazices | Mauri Barbares | Mauri Bacuates . . . . . . Celtiberi | Turduli | Ausetani | Carpetani | Cantabri | † Enantes.

Nomina civitatum trans rhenum fluvium quae sunt. 14

Usiporum. |Tubantum. Victoriensium † Novariseari. Casuariorum. Istae omnes civitates trans Rhenum in formulam Belgicae primae redactae. Trans castellum Mogontiacensium LXXX leugas trans Rhenum Romani possederunt. Istae civitates sub Gallieno imperatore a barbaris occupatae sunt. [Leuga una habet mille quingentos passus] Explicit.

---

1. scitae | 1. indii: Sindi *vel* Vinidi *Muell.* Iudaei *puto* | 1. armeni | 1. horr//// (*desunt duae litterae*, *corr. Muell. an* Gordyeni? | 1. palmoerni | 2. Bostritae *puto; dein V* marmeritae theut (Nabathei *scripsi*) isaur/// friges persae; *dein* Marmeridae *transposuit Muell.* | 3. mauraetania | 4. gensani: Vgentiani *Muell.* | 4. mazaceses | 4. baueres, *em. Muell* | 4. bacautes | 4. *addas cum Muell.* 'item gentes quae in Hispania sunt.' turouli] Turduli *scripsi.* Astures *Muell.* | 5. ausitani calpitani | 5. enantes] Edetani *Muell.* | 6. *Muell. confert Pollionis trig. tyr. 3. 5.* | 6. renum | 8. usiphorum tuuantum nictrensium nouariseari (se *teste Luchsio non certum*, *cetera certissima*) casuariorum | 8. Victoriensium novorum *I. Becker ann. antiquitatis studiosorum Rhenan. XXXIX p. 11. de* Tencteris *cogitat Muell.* | 8. Chattuariorum *Becker p. 20* | 9. renum | 10. montiacesenam *cod.*, *em. Becker* | 11. renum | 9. Belgicae primae *a Diocletiano demum institutae nomen et* 11 leuga — passus *circiter anno 400 interpolata putat Becker. Equidem haec omnia cum provinciarum descriptione cohaerere et sub Diocletiano demum scripta esse putaverim.* Expl. adiubante dño iesu χ̃ρ̃o illi gloria amen *V.* —

EX LATERCVLO POLEMII SILVII.

NOMINA OMNIVM PROVINCIARVM.

In Italia provinciae XVII: Campania, in qua est Capua | Tuscia
1 cum Umbria, *in qua est Roma* | Aemilia | [*Nursia*] *Valeria, in qua est Reate* | Flaminia, in qua est Ravenna | Picenum, *in qua est Asculis* Liguria, in qua est Mediolanum | Venetia cum Histria, in qua est Aquileia | Alpes Cottiae [*et Apenninus, in quibus Genua*] | Samnium, *in qua est Beneventum* | Apulia cum Calabria, in qua est Tarentum | Brutia cum Lucania, *in qua est Regium* | Raetia prima | Raetia secunda | Sicilia [*insula in mari Tyrreno*] | Sardinia [*in mari Tyrreno*] Corsica [*in mari Tyrreno*].

Index provinciarum ante ultimam imp. Romani divisionem compositus, a Polemio Silvio in laterculo anno 449 adhibitus, de quo cf. Mommsen in Actis soc. litt. Saxon. III 251 sqq. Edidit O. Seeck Notit. Dign. p. 254—260 ex libris Bruxellensi 10615—10729 saec. XII (P), Monacensi) 6243 saec. VIII (F) et Spirensis interpolati (S) apographis. Maximi momenti facit librum P. Ego P et F suas quemque virtutes habere intellexi. Librum S fere neglexi; qui si qua nova habet, ea praeter caput 1 prorsus nihili sunt (cf. ad c. 2 et 4). Ex PF quae ad rem faciunt omnia adnotabo, orthographica aliaque levissima omittam. (Ex codice Spirensis simili Paulus Diaconus hausit hist. Langob. II 14—23.)

1. omnium *om. P* Numero omnium prouinciarum *F* | 2. *c. 1 inscripsi ut est in F.* In Italia sedecim *P* (XVII *etiam S)* | 2. *Obliquis litteris distincta habet solus S; om. FP* | 3. emilia *om. S* | 3. Nursia *num alio transponendum?* | 3. *Valeriam provinciam habet S, om. FP; habet et Notitia Dignitatum (Nd), quae quibus in rebus ab hoc indice discrepet adnotabo* | 4. picinum *mss.*: 'Flaminia et Picenum annonarium' *altera*, 'Picenum suburbicarium' *altera provincia Nd.* | 4. est *om. P* | 5. mediolanum *S*, -nus *P*, -nensis *F* | 5. uintia *F* | 5. cum histris *FP* | 6. cotticae *S* | 6. et — Genua *solus S: delendum, quia omnino falsum* | 7. in q. e. Tarentum *om. P*, arentus *F* | 8. brucia *F*, britia *S*, brutia *P*, Brittii *Nd.* | 8. raetia *prius om. P* | 9. cicilia sardina iursica *P: quae his addit S, delenda sunt.*

2 Item Galliarum XVII: Viennensis | Narbonensis prima | Narbonensis secunda | Aquitania prima | Aquitania secunda | Novempopulana | Alpes maritimae | Belgica prima, in qua est Treveris | Belgica secunda, de qua transitur ad Brittanniam | Germania prima, super Renum | Germania secunda, ut supra | Lugdunensis prima | Lugdunensis secunda, super oceanum | Lugdunensis tertia, ut supra | Senonia | Maxima Sequanorum | Alpes Graiae.

3 Item in Africa VI: Proconsularis, in qua est Carthago | Numidia | Byzacium | Tripolis | Mauretania Sitifensis | Mauretania Caesariensis.

4 In Hispania VII: Tarraconensis | Carthaginensis | Baetica | Lusitania, in qua est Emerita | Gallaecia | Insulae Baleares | Tingitana trans fretum, quod ab oceano infusum terras intrat inter Calpem vel Abinnam.

5 In Illyrico XVIIII: Dalmatia, super mare | Pannonia prima, in qua est Sirmium | Pannonia secunda | Valeria | Praevalis | Moesia superior | Epirus vetus | Epirus nova | Noricus ripensis, supra Danubium | Noricus mediterranea | Savia | Dardania | † Haemimontus | Dacia | Scythia | Creta insula | Achaia | Macedonia | Thessalia.

6 In Thraciis VI: Thracia prima | Thracia secunda | Moesia inferior | Scythia inferior | Europa, in qua est Constantinopolis prius Lycus dicta sive Byzantium | Rodopa.

---

c. 2 om. F. Inscripsi et hoc et reliqua ut P (de FS cf. Seeck) 1. Galliae] Septem provinciae *Nd.* prima Nar. sec. *om. S* | 3. maritimarum *FS*, maritiorum *P* (Alpium maritimarum *Nd.*) | 3. treferus *P* | 4. de qua transitus britannorum *S* | 4. *Germaniae secundae et Lugdunensi tertiae S perperam addit:* versus Britanniam | 6. Lugdunensis Senonia *Nd.* | 6. Maxima *et* Sequanorum *ut duas provincias enumerat S!* | 7. Alpis Gratiae *F qui denuo hic incipit.* gracie *P* | 7. Alpium Poeninarum et Graiarum *Nd.* | 9. bizaci ut supra *P*, bizantium *FS* | 9. Tripolitana *vel* Tripolis *Nd.* | 9. Maur. Caesariensis *om. F* | 10. Prouinciae hispaniae sunt VIII *pessime scribit S* | 11. temerita *P*, temerata *F* 11. gallicia *P*, *om. F.* galacia *S*, Callaecia *Nd.* | 11. Septima Tingitana. octaua trans fretum *S!* | 12. ob oceanum *P* | 12. infuso *F* | 12. terras intrat] transmittitur *S* | 12. calpe *P* | 12. abina *P*, abinnant *F* et auienam *S* | 13. *Illyricum et Macedonia et Dacia dioceses sunt in Nd.* | 13. supra mare *F; om. S* | 14. sermium *P* -inum *F*, *om. S* | 14. Viridia *S* | 14. Praevalitana *et* Moesia prima *Nd.* misia *omnes* | 16. Suauia *PS*, Fauia *F* | 16. Haemimontus *hic delendam, cum sit eadem quae* Thracia secunda? *(an eadem quae postea* Macedonia salutaris? *ita ut nomen brevi post in Thraciam transpositum sit.)* | 16. Dacia Ripensis *et* Dacia Mediterranea *Nd* | 16. Scythiam *hanc nescit Nd.* Macedoniam salutarem *add. Nd.* | 18. In trachiis VI *P* | 18. Thracia prima *et* secunda] Thracia *et* Haemimontus *Nd.* | 18. Moesia secunda *Nd.* | 18. misia *omnes* | 19. Scythia *Nd.* | 19. prius — Byz.] *sic (sed* licos) *P.* quae prius bicantium dicebatur *F* (dicta licus *S*) | 20. Rodopa *om. F.*

7 In Asia XII: Asia ipsa, in qua est Ilium [id est Troia] | Lycia | Galatia | Lydia | Caria | Hellespontus | Pamphylia | Pisidia | Frygia prima | Frygia salutaris | Lycaonia | Cyclades.

8 In Oriente X: Syria Coele, in qua est Antiochia | Syria Palaestina | Syria Foenice | Isauria | Cilicia iuxta montem Taurum | Cyprus | Mesopotamia inter Tigrem et Eufratem | Eufratesia | Osroene | Sophanene.

9 In Ponto VIII: Pontus Polemoniacus | Pontus Amasia | Honoriada | Bithynia | Paflagonia | Armenia minor | Armenia maior | Cappadocia.

10 In Aegypto VI: Aegyptus ipsa, in qua est Alexandria | Augustamnis | Thebaida | Libya sicca | Libya Pentapolis | Arcadia.

11 Item in Britannia V: Britannia prima | Britannia secunda | Flavia | Maxima | Valentia.

12 Summa: CXIII. —

---

1. id est troia *F*, *om.* *PS* | 2. Galatiam salutarem *add.* *Nd.*, *cui haec et Galatia in Pontica dioecesi sunt* | 2. lidia *P*] item licia *F* | 2. 3. frigia *mss.* 3. prima] Pacatiana *Nd* | 3. salutaris *FSNd*] secunda *P* | 3. Cyclades] Insulae *Nd* | 4. Syria salutaris, Palaestina *et* secunda *et* salutaris, Phoenice Libani, Cilicia secunda, Arabia *in Nd. adduntur*, *eadem* Sophanenen *omittit.* | 4. R̄ in oriente prouincias X *F* | 4. Coele] ciliae *F*, cile *P* | 5. siria *PS*, *om.* *F*, finice *P*, finecis *F* | 5. cylia *F* | 5. tauromontem *F*, montem taurum *PS* | 6. tegrem et eofratim *F*, tigre uel eufrate *P* | 6. eofratisia hosdrone sufanis *F*; *recte*, *sed* hosdroene, *P.* 'eufragia' *demum post* 'supamiene' *S.* Eufratensis *Nd.* | 7. In pontu prouincias VIIII (*aut* VIII?) *F* | 7. polimiacus *F*, polemiacus *P* | 7. amassia *S*, samaria *P*; *pro* Pontus Amasia: 'Helenopontus' *Nd* | 8. bithelia *P* | 8. Armenia prima *et* secunda *Nd.* | 8. Cappadocia prima *et* secunda *est in Nd.* | 9. agustannis *F*, augustannes *P*, Augustamnica *Nd* 10. Libya superior *et* inferior *Nd* | 10. archadia *mss.* | 11. in *et* V *om.* *P* | 11. R̄ in brittania prouincias V *F*, prouinciae occiden: sunt VI *S* | 12. ualentina *F*, ualentiniana *PS*; *corr. ex Not. D.* | 12. *deinde* Orcades *S*: *deleas*; *nec agnoscit Nd* | 13. Sunt simul numero CXIL *F*, Summa CXII *P*; *om.* *S*; *correxi* (*cf.* *c.* 1.) —

URBS CONSTANTINOPOLITANA NOVA ROMA.

Praefatio.

Saepe litteris dediti, quos pro ingenii facultate latentium rerum cura sollicitat, nunc peregrina gentium nunc secreta terrarum curiosius animo peragrante metiuntur, ne quid ad familiaris scientiae detrimentum relinquatur ignotum, inertiae esse ducentes, si lateat homines quod in orbe consistit humano. Illis igitur terrena passibus, freta stadiis, caelestia coniectura captantibus, brutum et desidem iudicavi, cum totius absit mundi cura, urbis etiam Constantinopolitanae, in qua vivendi palaestra est, latere notitiam; quam supra conditoris laudem THEODOSII invicti principis, in novam faciem vetustate detersa, ita virtus et cura decoravit, ut eius perfectioni, quamvis sit quispiam diligens, nihil possit adiungere. Universis igitur eius partibus diligenter inspectis, corporum quoque eidem inservientium recensito numero, fidem rerum omnium notitia circumscribente signavi, ut admirantis intentio singulis edocta monumentis, amplitudine quoque tantae felicitatis attonita fateatur, huic urbi nec laudem sufficere nec amorem.

Regio prima.

Prima regio longa, situ plana, in angustum *producitur* a palatii inferiore parte contra theatrum maius euntibus, dextro latere declivis in mare descendit, regiis nobiliumque domiciliis clara.

Continet in se: idem palatium magnum, lusorium, palatium Placi-

---

V = Vindobonensis 162 saec. IX, quem ita sequor ut paucis tantum locis Spirensem (S) ex apographis notum (*ubi deest p.* 133, 1–134, 1) *adhibeam.* –

Inscriptionem om. V. Servavit Oxoniense codicis Spirensis apographum (Canon. lat. misc. 378.) | 2. Sepe *V* | 3. curam *V* | 3. //unc *V* | 4. meq/untur *V* | 5. intertiae *V* | 8. adsit *puto* | 9. palestra *V* | 13. eidem] dem *V* | 13. recenseto *V* | 18. sitũ *V* | 19. producitur *om. V* | 20. domicilis *V*.

dianum, domum Placidiae Augustae, domum nobilissimae Marinae, thermas Arcadianas.

Vicos sive angiportus viginti novem, domos centum decem et octo, porticus perpetuas duas, balneas privatas quindecim, pistrina publica quattuor, pistrina privata quindecim, gradus IIII.

Curatorem unum, qui totius regionis sollicitudinem gerat. Vernaculum unum velut servum in omnibus et internuntium regionis. Collegiatos viginti quinque, qui e diversis corporibus ordinati incendiorum solent casibus subvenire. Vicomagistros quinque, quibus per noctem tuendae urbis cura mandata est.

Regio secunda.

Secunda regio ab initio theatri minoris post aequalitatem sui latenter molli sublevata clivo mox ad mare praecipitiis abrupta descendit.

Continet in se: ecclesiam magnam, ecclesiam antiquam, senatum, tribunal purpureis gradibus exstructum, thermas Zeuxippi, theatrum, amphitheatrum.

Vicos sive angiportus triginta quattuor, domos nonaginta et octo, porticus magnas quattuor, balneas privatas tredecim, pistrina privata quattuor, gradus IIII.

Curatorem unum, vernaculum unum, coll(e)giatos triginta quinque, vicomagistros quinque.

Regio tertia.

Tertia regio plana quidem in superiore parte, utpote in ea circi spatio largius explicato, sed ab eius extrema parte nimis prono clivo mare usque descendit.

Continet in se eundem circum maximum, domum Pulcheriae Augustae, portum novum, porticum semirotundam quae ex similitudine fabricae sigma Graeco vocabulo nuncupatur, tribunal fori Constantini.

Vicos septem, domos nonaginta quattuor, porticus magnas quinque, balneas privatas undecim, pistrina privata novem . . . . .

Curatorem unum, vernaculum unum, collegiatos viginti et unum, vicomagistros quinque.

---

1. placid(i)ae aug *V* | 3. angiportos *V* | 6. quin *V* | 12. theatı inınoris *V* 13. molle *V* | 13. ad mane p̃cipitis abrũpta *V* | 16. amphitheatı *V* | 17. angiportos *V* | 23. Tertio *V* | 26. eundem *V* | 27. seminotundã *V* | 28. fabricae *S*, *om.* *V* | 28. sigma *Gyllius* summa *V* simma *ut videtur* *S* | 29. magnus *V* | 30. undem pristina *V* | 31. *inserendum:* gradus XI.

Regio IIII.

Regio quarta a miliario aureo, collibus dextra laevaque surgentibus, ad planitiem usque valle ducente perducitur.

Continet in se: idem miliarium aureum, Augusteum, basilicam, nymphaeum, porticum Phanionis, Liburnam marmoream navalis victoriae monumentum, ecclesiam sive martyrium sancti Menae, stadium, scalam Timasi.

Vicos XXXV, domos trecentas septuaginta quinque, porticus magnas quattuor, balneas privatas septem, pistrina privata quinque, gradus septem.

Curatorem unum, vernaculum unum, collegiatos XL, vicomagistros quinque.

Regio V.

Regionis quintae non modica pars in obliquioribus posita locis planitie excipiente producitur; in qua necessaria civitatis aedificia continentur.

Continet in se: thermas Honorianas, cisternam Theodosianam, prytaneum, thermas Eudocianas; strategium in quo est forum Theodosiacum et obeliscus Thebaeus quadrus; horrea olearia, Nymphaeum, horrea Troadensia, horrea Valentiaca, horrea Constantiaca, portum prosphorianum, scalam Chalcedonensem.

Vicos viginti tres, domos centum octoginta quattuor, porticus magnas VII, balneas privatas undecim, pistrina publica septem, pistrina privata duo, gradus novem, macellos duos.

Curatorem unum, vernaculum unum, collegiatos quadraginta, vico magistros quinque.

Regio VI.

Regio sexta, brevi peracta planitie, reliqua in devexo consistit; a foro namque Constantini scalam usque sive traiectum Sycenum porrigitur spatiis suis.

Continet in se: columnam purpuream Constantini, senatum eiusdem loci, neorium, portum, scalam Sycenam.

Vicos viginti duos, domos quadringentas octoginta quattuor, porti-

2. qaureo *sed corr.* *V* | 3. planiciem *V* | 3. uale *V* | 5. nympheum *VS* | 5. fanionis *VS* | 8. porticos *V* | 9. pristrina *V* | 11. uicomagistri *V* | 15. planitia *VS, recte?* | 18. pryttaneum *VS* | 19. oboliscustha ebeus *V* | 19. nymfaeum *V* | 20. h. Tr. *om. V cf. sequentia* | 20. crondentia *S* | 20. constantinoadentiaca *V* | 21. prosforianum *V, sequor S* | 21. calchedonensem *V* | 23. VII] IIII *S* | pristrina *V* | 23. pristina *V* | 25. uerniculum *V* | 28. inde uexo *V* | 29. sycaenum *V* | 31. collumnam *V* | 32. pontum *V* | 32. sycaenam *V*.

cum magnam unam, balneas privatas novem, pistrinum publicum unum, pistrina privata decem et septem, gradus decem et septem.

Curatorem unum, vernaculum unum, collegiatos quadraginta novem, vicomagistros quinque.

Regio septima.

Regio septima in conparatione superioris planior, quamvis et ipsa circa lateris sui extremitatem habeatur in mare declivior. Haec a parte dextera columnae Constantini usque ad forum Theodosii continuis extensa porticibus et de latere aliis quoque pari ratione porrectis, usque ad mare velut se ipsam inclinat et ita deducitur.

Habet autem in se: ecclesias tres, hoc est Irenen, Anastasiam, et sancti Pauli; columnam Theodosii intrinsecus usque ad summitatem gradibus perviam; equites magnos duos, partem eiusdem fori *Theodosiani*, thermas Carosianas.

Vicos octoginta quinque, domos septingentas undecim, porticus magnas sex, balneas privatas XI, pistrina privata XII, gradus XVI.

Curatorem unum, vernaculum unum, collegiatos octoginta, vicomagistros quinque.

Regio VIII.

Octava regio ex parte tauri, nulla maris vicinitate contermina; angustior magis quam lata spatia sua in longitudinem producta conpensat.

Continet in se: partem fori Constantini, porticum sinistram taurum usque, basilicam Theodosianam, Capitolium.

Vicos viginti unum, domos centum octo, porticus maiores quinque, balneas privatas decem, pistrina privata quinque, gradus V, macellos duos.

Curatorem unum, vernaculum unum, collegiatos XVII, vicomagistros quinque.

Regio nona.

Regio nona prona omnis et in notum deflexa extensi maris litoribus terminatur.

Continet in se: ecclesias duas Caenopolim et Homonoeam, horrea

---

1. magnum *V* | 4. uicosmagistros *V* | 6. conparationē *V* | 7. *num* labatur? | pro^{de}cliuior, *corr. m. pr.*, *V* | 8. ad eorum *V* | 9. pa^{o}rticibus *V* | 10. se *supr. lin.* *V* | 10. inclinat *S*, *om.* *V* | 13. Theodosiani *add. Seeck.* | 14. scarosianas *VS*; *cf. Sozomeni H. Eccl. VI 9.* | 24. theodosariam *V* | 26. balineas *V* | 27. uicosmagistros *V* | 30. extensis *Mommsen* | 30. mauis *V* | 31. terminantur *V* | 32. omonoeam *VS*.

Alexandrina, domum nobilissimae Arcadiae, thermas Anastasianas, horreum Theodosianum.

Vicos XVI, domos centum sedecim, porticus maiores duas, balneas privatas XV, pistrina privata XV, pistrina publica IIII, gradus IIII.

Curatorem unum, vernaculum unum, collegiatos triginta octo, vicomagistros quinque.

Regio decima.

Regio decima in aliud civitatis latus *versa* a nona regione platea magna velut fluvio interveniente dividitur. Est vero tractu planior nec usquam praeter maritima loca inaequalis, longitudini eius latitudine non cedente.

Continet in se: ecclesiam sive martyrium sancti Acacii, thermas Constantinianas, domum Augustae Placidiae, domum Augustae Eudociae, domum nobilissimae Arcadiae, nymphaeum maius.

Vicos viginti, domos sexcentas triginta sex, porticus maiores sex, balneas privatas *XXII*, pistrina publica duo, pistrina privata sedecim, gradus XII.

Curatorem unum. vernaculum unum, collegiatos nonaginta, vicomagistros quinque.

Regio undecima.

Regio undecima, spatio diffusa liberiore, nulla parte mari sociatur; est vero eius extensio tam plana, quam etiam collibus inaequalis.

Continet in se: martyrium Apostolorum, palatium Flaccillianum, domum Augustae Pulcheriae, bovem aereum, cisternam Arcadiacam, cisternam Modestiacam.

Vicos VIII, domos quingentas tres, porticus maiores quattuor, balneas privatas quattuordecim, pistrinum publicum unum, pistrina privata tria, gradus septem.

Curatorem unum, vernaculum unum, collegiatos triginta septem, vicomagistros quinque.

Regio duodecima.

Regio duodecima portam a civitate petentibus in longum plana omnis consistit, sed latere sinistro mollioribus clivis deducta maris confinio terminatur; quam moenium sublimior decorat ornatus.

---

3. porticos *V* | 3. duos *V* | 4. pistrina publica IIII *S*, *om. V* | 5. uicosmagistros *V* | 8. uersa *om. VS* | 9. uelud *V* | 12. acaci *V*, accacii *S* | 14. nymfaeum *V* | 16. *XXII om. VS, add. Seeck ex p.* 139, 19 | 16. pristrina priuata *V* | 18. uicosmagistros *V* | 21. liberior *VS* | 23. martyrũ *V* | 23. palacium facillianum *V* flaccilianum *S* | 27. balneas — quattuor *om. V*, *sed add. alt. man. coaeva* | 29. unum *post* vern. *om. V* | 33. conuiuio *V*.

Continet in se: portam auream, porticus Troadenses, forum Theodosiacum, columnam itidem intra se gradibus perviam, monetam, portum Theodosiacum.

Vicos undecim, domos trecentas sexaginta tres, porticus maiores tres, balneas privatas quinque, pistrina privata quinque, gradus VIII.

Curatorem unum, vernaculum unum, collegiatos decem et septem, vicomagistros quinque.

Regio tertia decima.

Tertia decima regio Sycena est, quae sinu maris angusto divisa societatem urbis navigiis frequentibus promeretur; tota lateri montis adfixa praeter unius plateae tractum, quam subiacentium eidem monti litorum tantum praestat aequalitas.

Continet in se: ecclesiam, thermas Honorianas, forum Honorianum, theatrum, navalia.

. . . . . , domos quadringentas triginta unam, porticum maiorem unam, balneas privatas quinque, pistrinum publicum unum, pistrina privata quattuor, gradus VIII.

Curatorem unum, vernaculum unum, collegiatos XXXIIII, vicomagistros quinque.

Regio XIIII.

Regio sane licet in urbis quarta decima numeretur parte, tamen quia spatio interiecto divisa est, muro proprio vallata alterius quodammodo speciem civitatis ostendit. Est vero progressis a porta modicum situ planum, dextro autem latere in clivum surgente usque ad medium fere plateae spatium nimis pronum; unde mare usque mediocris haec, quae civitatis continet partem, explicatur aequalitas.

Continet in se: ecclesiam, palatium, nymphaeum, thermas, theatrum, lusorium, pontem sublicium sive ligneum.

Vicos undecim, domos centum sexaginta septem, porticus maiores duas, balneas privatas quinque, pistrinum publicum unum, pistrinum privatum unum, gradus quinque.

. . . .

---

1. troadensesi *V* | 4. trecentes *V* | 5. pristina *V* | 5. VIII *V*, VIIII *S* | 9. sycaena *V* | 12. praestate qualitas *V*, *corr. v* | 15. *Vicorum numerus deest VS* | 15. domus *V* | 15. unũ *V* | 16. pristinum *V* | 16. pristina *V* | 18. uicomagistro *V* | 22. spatia *V* | 22. interieto (*corr. v*) diuisum *V* | 22. uallatum *V* | 23. et uero *V* | 24. dext(e)ro *V*, dextro *S* | 24. cliũ *V* | 27. nymfaeum *V* | 28. supplicium *V* | 28. liganeũ *V* | 30. pristinum *V* | 30. pristinum *V* | 32. *Addendum ex cap. ultimo* 'vernaculum unum' *et* 'collegiatos triginta septem'; *de reliquis nescimus.*

Collectio civitatis.

Cognita urbe per partes, fas est etiam situm conclusae iam universitatis aperire, ut magnificentiae unicum decus non solum videatur opere et manu confectum, sed etiam conspirantibus elementis naturae felicitate munitum. Providentia ergo divina tot futurorum hominum domiciliis consulente, longo tractu in promunturii qualitatem spatiosior terra, faucibus Pontici maris opposita, sinuosis portuosa lateribus, angustior latitudine, circumflui maris tutela vallatur; hoc quoque spatium, quod solum apertum maris circulus derelinquit, duplici muro acies turrium extensa custodit. Intra quas saepta civitas continet in se omnia singillatim memorata, quae nunc ad firmioris memoriae qualitatem summatim collecta referemus.

Habet ergo urbs Constantinopolitana: palatia quinque, ecclesias quattuordecim, domos divinas Augustarum sex, domos nobilissimas tres, thermas octo, basilicas duas, fora quattuor, senatus duos, horrea quinque, theatra duo, lusoria II, portus quattuor, circum unum, cisternas quattuor, nymphaea IIII.

Vicos trecentos viginti duos, domos quattuor milia trecentas octoginta octo, porticus quinquaginta duas, balneas privatas centum quinquaginta tres, pistrina publica viginti, pistrina privata centum viginti, gradus centum decem et septem, macellos quinque.

Curatores tredecim, vernaculos quattuordecim, collegiatos quingentos sexaginta, vicomagistros sexaginta quinque.

Columnam purpuream. Columnas intra se pervias duas. Colossum unum. Tetrapylum aureum unum. Augusteum. Capitolium. Monetam. Scalas maritimas tres.

Habet sane longitudo urbis a porta aurea usque ad litus maris directa linea pedum quattuordecim milia septuaginta quinque, latitudo autem pedum sex milia centum quinquaginta.

---

5. prouidentiae, *sed corr.*, *V* | 9. maius *V* | 10. septa *V* | 13. constantinopolitano *V* | 13. palatio *V*: *nominantur* IV. 14. XIIII: *nomin.* XII | 14. augustanum *V*. VI: *nom.* V | 15 VIII: *nom.* IX | 15. IIII: *nom.* III | 15. V: *nom.* VI | 16. theatra II: *nom.* III | 16. cist. IIII: *nom.* III | 17. nymfaca *V* | 18. CCCXXII, *sed addatur regio XIII* | 18. trecentos *V* | 19. balneas: *cf. regio X* | 20. pristina *V*. XX: *nom.* XXI | 20. pristina *V*. CXX: *nom.* CXIII | 21. gradus: *cf. regio III* | 21. V: *nom.* IIII | 22. tresdecim *V*; *cf. regio XIV* | 25. Tetraphylum aereum *V* | 25. augustaeum capetoliũ *V*.

LAVS ALEXANDRIAE.

. . . Carthago vero, quae principatum Africae tenet, stadiis decem porrecta videatur stadiique parte quarta; Babylon porro stadiis duodecim longa sit et pedibus ducentis atque viginti; ipsa quoque domina omnium gentium Roma quatuordecim stadiis et pedibus centum atque viginti longa primitus fuerit (nondum adiectis his partibus, quae multum congeminasse maiestatis eius magnificentiam videntur): Alexandriam mensi sunt sedecim stadiis, pedibus vero trecentis atque sexaginta.

Hanc expositionem, quam 'Laudem Alexandriae' *vocaverim, primus Dureau de la Malle, deinde Mommsenus (abhandlungen der sächs. gesellsch. d. wiss. III 273) e codice Parisino 8319 saec. XI fol. 88 v. edidit. Codex habet* babilon *et* magnificentia uisitur, *quod corr. Hasius l. c.; deinde*: *pro*; *posui. Scripta est post Aurelianum imperatorem; cf. Plin. III 66.*

NOTITIA GALLIARUM.

IN PROVINCIIS GALLICANIS DECEM QUAE CIVITATES SINT.

In provincia Lugdunensi prima civitates num. IIII: Metropolis 1
civitas Lugdunensium | Civitas Aeduorum | Civitas Lingonum | † Castrum Cabillonense | [Castrum Matisconense].

In provincia Lugdunensi secunda civitates num. VII: Metropolis 2
civitas Rotomagensium | Civitas Baiocassium | Civitas Abrincatum | Civitas Ebroicorum | Civitas Saiorum | Civitas Lexoviorum | Civitas Constantia.

In provincia Lugdunensi tertia civitates num. VIIII: Metropolis 3
civitas Turonorum | Civitas Cenomannorum | Civitas Redonum | Civitas Andecavorum | Civitas Namnetum | Civitas Coriosolitum | Civitas Venetum | Civitas Ossismorum | Civitas Diablintum.

Notisia in prouincia galliarum uel gallicanis decem titulis *longiore addita expositione ecclesiastica A (Coloniensis 212 saec. VII).* In dei nomine incipiunt annuntiationes prouinciarum urbium grecarum et pinnarum uel gallicanarum cum priuilegiis suis *C, qui a c. 10 et 11 incipit (Spirensis, e duobus apographis notus).* Incipiunt nomina prouintiarum *B (Bernensis 26 A saec. VIII). Seeckii editione utor. Raro adhibeo C et B, cuius additamenta uncis inclusi.*

1. In — q' civitati sint *A, om. BC* | 2. leudunense *A* | 2. ciuitatis nm̃. III *A* IIII *B, alii* | 3. lugdunensis *C?* | 3. eduorum *C*, 'hoc est agustodunum' *add. codd. inde a saec. IX* | 4. cabellonense *A*, caualonense *C* ciuitas c-sis *B* | 4. ciuitas Maticonensis *B alii; om. AC;* castellum *all.* | 5. leudunensis *A* | 6. rotomagent *A, qui* — entium *ubique fere habet pro* — ensium: *quod non enotabo* | 6. abincatum *C* | 7. ebroticorum *A* | 7. lexioui(r)orum *C* | 9. IIII *A, sed corr.* | 10. toronorum *B*, torenorum *A*, ti(*vel* ty)renorum *C* | 10. celomanno (-na *C*) rum *AC* | 11. namitum *A*, nam (*vel* man) netum *C* | 11. coriosopitum *A*, consolitum *C* | 11. uenitum *A*, uaneti *ut videtur C* | 12. osiso (*vel* osisi) norum *C* | 12. diablentum *A*, deabientum *C*, 'id est carifes' *add. ms. saec. X.*

4 In provincia Lugdunensi Senonia civitates num. VII: Metropolis civitas Senonum | Civitas Carnotum | Civitas Autisiodorum | Civitas Tricassium | Civitas Aurelianorum | Civitas Parisiorum | Civitas Melduorum.

5 In provincia Belgica prima civitates num. IIII: Metropolis civitas Treverorum | Civitas Mediomatricum | Civitas Leucorum Tullo | Civitas Uerodunensium.

6 In provincia Belgica secunda civitates num. XII: Metropolis civitas Remorum | Civitas Suessionum | Civitas Catalaunorum | Civitas Veromanduorum | Civitas Atrabatum | Civitas Camaracensium | Civitas Turnacensium | Civitas Siluanectum | Civitas Bellovacorum | Civitas Ambianensium Civitas Morinum | Civitas Bononiensium.

7 In provincia Germania prima civitates num. IIII: Metropolis civitas Mogontiacensium | Civitas Argentoratensium | Civitas Nemetum | Civitas Vangionum.

8 In provincia Germania secunda civitates num. II: Metropolis civitas Agrippinensium | Civitas Tungrorum.

9 In provincia Maxima Sequanorum civitates num. IIII: Metropolis civitas Vesontiensium | Civitas Equestrium Noiodunus | Civitas Helvetiorum Aventicus | Civitas Basiliensium. | Castrum Vindonissense | Castrum Ebrodunense | Castrum Argentariense | Castrum Rauracense | Portus Abucini.

2. senonia *AB*] quarta *C* | 2. charnotum *A*, carnotenum *nonnulli* | 2. altisiodarum *A*, autisiorum *C; huic in B aliisque subiungitur* 'Civitas Autricum', *alterum civitatis Carnotum nomen.* ['id est nivernum' *cod. s. XI*] | 2. trecassium *A*; Tric. *ante* Autis. *colloc. C* | 3. aurilianorum *A* | 3. paritiorum *A* | 3. meldorum *A* | 5. treuerotium *A* | 5. mediomatricum: Mettis *add. A m. 2* (mettes), *alii inde a saec. IX*; *om. A m. pr. BC* | 5. leocorum *C* | 5. tullo *A*, tullos *C*, tollo *B* | 6. uerodentium *A*, uerodunensis *C* | 8. remos *A* | 8. sessionum *C* | 8. catalaonorum *C*, catuellorum *B* | 8. ueremandorum *C* (?) | 9. camaracentium *C* (?) *A* | 10. ambiennensium *C* | 11. morenum *C* | 12. germanorum priorum *C* | 13. mogonz- (*vel* magoz-) iacensium *C*, 'id est magontis' *add. mss. inde a saec. X* | 13. ariotarac- (*vel* -torat) ensium *C*, 'hoc est stratisburgo' *add. mss. inde a saec. IX* | 13. nemitum *A*, neometum *C*, 'hoc est spira' *mss. a saec. IX* | 14. wangionum *C*, 'hoc est warmacia' *mss. a saec. IX* | 15. germaniae secundae *C* | 16. agripinentium *A*, 'hoc est colonia' *codd. a saec. IX* | 16. 'id est tungris' *codd. saec. X* | 17. Maxima *C*, *om. B*.] prima *A* | 17. VIIII *B* | 18. uesonsientium *AC*, 'crassopolinorum hoc est uesontionum' *mss. a s. IX* | 18. nosuduno *C*, *sequor A*. 'hoc est nugduno' *s. IX* | 18. eluitiorum *AB* el- (*vel* fl-) uisiorum *C*, auonticus (-cis) *C*, *sequor A*. aventicum *pauci.* | 19. 'id est basilia' *codd. s. X* | 19. uindenissense *C*, ciuitas uindonisse *A* | 20. ebrudunense *C*, ciuitas ebroiunense *A* | 20. argentanense *C* argentoratense *B* | 20. ramracense *C*, *om. A* rauracinse *B* | 21. buceni *A*, busina *C*, abucini *B*.

In provinciis Alpium Graiarum et Poeninarum civitates num. II: 10
Metropolis civitas Centronium Darantasia | Civitas Vallensium Octodorum.

ITEM IN PROVINCIIS NUMERO VII:

In provincia Viennensi civitates numero XIIII: Metropolis civitas 11
Viennensium | Civitas Genavensium | Civitas Gratianopolitana | Civitas Albensium | Civitas Deensium | Civitas Valentinorum | Civitas Tricastinorum | Civitas Vasiensium | Civitas Arausicorum | Civitas Carpentoratensium | Civitas Cabellicorum | Civitas Avennicorum | Civitas Arelatensium | Civitas Massiliensium.

In provincia Aquitanica prima civitates num. VIII: Metropolis 12
civitas Biturigum | Civitas Arvernorum | Civitas Rutenorum | Civitas Albigensium | Civitas Cadurcorum | Civitas Lemovicum | Civitas Gabalum | Civitas Vellavorum.

In provincia Aquitanica secunda civitates num. VI: Metropolis 13
civitas Burdegalensium | Civitas Agennensium | Civitas Ecolisnensium | Civitas Santonum | Civitas Pictavorum | Civitas Petrocoriorum.

In provincia Novempopulana civitates num. XII: Metropolis civitas 14
Ausciorum | Civitas Aquensium | Civitas Lactoratium | Civitas Convenarum | Civitas Consorannorum | Civitas Boatium | Civitas Benarnensium | Civitas Aturensium Civitas Vasatica | Civitas Turba, ubi castrum Bogorra | Civitas Illoronensium | Civitas Elusatium.

---

c. 10 et 11 ante 1 colloc. C | 1. grecarum et pinnarum *C* poenninarum *A* | 2. ceutronium *A*, centroñ *C* | 2. drantasia *AB*. tartarensia *vel* tarrentasia *C* | 2. uallensium *codd. s. IX*. ualensium *CB*, ualentium *A* | 2. octodoro *A*; *sequor C* | 4. *Ita A; om. BC* | 5. uiennentium *A* -nsi *C* | 5. XIII *A*. XIIII *B* | 6. gennauensium *BC* 6. gratianoplt *A* | 7. Albensium: *addunt* 'hoc est belisio' *codd. a s. IX*, 'nunc uiuarium' *codd. a saec. X* | 7. decensium *C* (?) | 7. trecastinorum *A* | 8. uasensium *C*, uasentium *A* | 8. aurasicorum *BC* 8. carpentoracensium *B*, *recte alii; om. AC*. 'nunc Vindausca' *add. B alii* | 9. cauellicorum *AC* | 9. auennecorum *C* | 10. masselientium *A* massal (-il?) iensis *C* | 11. aquitania secunda *C* | 12. betorigum *A*, beturiguum *C* | 12. aa (aar?) uernorum *C* | 12. ratinorum *A*, butenorum *C* | 13. albegensium *C* | 13. cadorcorum *A* | 13. lemodicum *C* | 13. galabum *C* (?) | 14. *sic ABC*. | 15. aquitanea *C* (?) | 16. bordigalentium *A* | 16. agennentium *A*; *om. C*; aganensium, *sed corr.*, *B* | 16. ecolisnentium *A; om. CB* | 17. sanctonum *C?* | 17. pectauorum *AC* | 19. ausiorum *C*. 'Metropolis ciuitas Elusacium. Ciuitas Ausciorum' *A*. *num hoc genuinum est?* | 19. aquiens- (nt?) ium *C* | 19. lactoracium *A*, latorasium *C* | 19. conbinarum *A*, conuen- (nn?) arum *C* | 20. consoranorum *C* | 20. baosium *C* | 20. ben- (bern-?) arnensium *C* 'id est bonainus' *cod. s. X* | 21. aturentius *A*, atorensium *C*, 'hoc est uico iuli' *cod. saec. X* | 21. basacia *vel* basatica *C* 21. ubi c. B. *A; om. C* castor bigor *B* 22. illoponentium *A*, illonor- (*vel* -ron) ensium *C* 22. elosasium *C* aelosatium *B*: *A hic omittit, cf. vers.* 19.

15 In provincia Narbonensi prima civitates num. V: Metropolis civitas Narbonensium | Civitas Tolosatium | [Civitas Agatensium. Civitas Magalonensium] | Civitas Beterrensium | Civitas Nemausensium | Civitas Lutevensium. | Castrum Uceciense.

16 In provincia Narbonensi secunda civitates num. VII: Metropolis civitas Aquensium | Civitas Aptensium | Civitas Reiensium | Civitas Foroiuliensium | Civitas Vappincensium | Civitas Segesteriorum | Civitas Antipolitana.

17 In provincia Alpium Maritimarum civitates num. VIII: Metropolis civitas Ebrodunensium | Civitas Diniensium | Civitas Rigomagensium | Civitas Soliniensium | Civitas Sanitiensium | Civitas † Glannatina | Civitas † Cemelensium | Civitas Vintiensium.

18 In provinciis num. XVII civitates numero CXV.

---

1. V *A*, VIII *B* | 2. tolosasium *A*, *recte B*, to- (*vel* te) losa *C* | 2. aganensium *B; om. AC* | 2. magalenensium *B*; *om. AC* | 3. beterensium *C* | 4. ciuitas *CB* castrum *A*; uciense *C*, uceciensium *B*|5. narbonense *A*, VI *AB*|6. aquinsium *ABC*|6. ciu. aptensium *demum post* 7 'antiptiliana' *C*|6. regensium *B; om. AC, sed alius cod. nullus* | 6. flo- (fo?) roiolensium *C* | 7. quod est labo- (laba)rdo uap- (uapp)etensium *C* | 7. sigesteriorum *A*, sergestrocorum *C* | 7. *C cf. supra* 6. | 9. alpina maritimarum *C* | 10. ebredunensium *A*, ebrudunensium *C* | 10. regomagensium *A* | 11. sollin. *B* | 11. sanisiensium *C*, 'id est sanesio' *codd. saec. X*|11. glannatica *A*, planatena *B*, glatiana (glaciatina?) *C*|12. celenensium *A*, ce- (*vel* se) melensium *C* cemelensium *B* | 12. uisiensium *A*, uensiensium *C*, uinsiciensium *B* id est uentio *add. codd. saec. X*|13. XVII] XVI *codex saec. IX. et alius saec. X* | CXV *omnes.*

VIBII SEQVESTRIS
DE FLVMINIBVS FONTIBVS LACVBVS NEMORIBVS PALVDIBVS MONTIBVS GENTIBUS PER LITTERAS.

Vibius Sequester Virgiliano filio salutem.

Quanto ingenio ac studio, fili carissime, apud plerosque poetas fluminum mentio habitast, tanto labore sum secutus eorum et regiones et vocabula et qualitates in litteram dirigens, quod ipsi tibi non inutile factum scio fore. Fontium etiam et lacuum paludumque et montium nemorumque et gentium, qua tamen persequi potui, sicut amnium huic libello in litteram digesta nomina subieci; quo lecto non minimum consequeris notitiae, praesertim cum professioni tuae sit necessarium. Et ne pluribus epistola oneretur, incipiemus ab eo fluvio qui et litteram et nomen obtinet primum fluminum.

A. Achelous Aetoliae primus erupisse terram dicitur.

Arar Germaniae e Vosego monte miscetur Rhodano; ita lene decurrit ut vix intellegi possit decursus eius.

Amphrysus Thessaliae, ubi Apollo Admeti pecus fertur pavisse.

Alpheus Elidis, qui per mare decurrens in Siciliam insulam Arethusae fonti miscetur.

Ascanius Mysiae.

Achates Siciliae, qui pari nomine lapillos edit, unde gemmae fiunt.

Acheron inferorum.

Avens lacui Velinorum infunditur.

7. habita sit *V* | 8. uoc. a qualitate *V m. pr.* | 9. factu *V* | 15. A. *addidi* | 16. uogeso *V* | 18. amphrisus *V* | 19. *cf. Verg. Aen. III, 694 ss.* | 22. qui] ubi *Vω* | 24. Anien *V*, *corr. Preller.* lacus *V*.

Anien per Tiburtinorum fines in Tiberim fluit; ab Anione filio Apollinis.

Allia Salaria via ad mil. XIIII a Roma, ubi Galli victoria sunt potiti de Romanis.

Araxes Armeniae Armeniam a Medis dividit.

Atesis Veronensium in Padum decurrit.

Amasenus Privernatium.

Aufidus Apuliae proximus Canusio.

† Alyntos Lucaniam a Veliensibus dividit.

Asinius † Catinae in litore Tauromenitanorum defluit.

Anapus Siciliae qui per duo milia passus sub terram mergens Syracusis miscetur mari appellaturque Anapos †καινός, superior Anapos † παλαιός.

Alabon Megarensium, cuius fontem Daedalus dilatavit, agrumque reddidit eam regionem quam idem fluvius devastarat.

Acis ex Aetna monte mari decurrit; ex huius ripis Polyphemus saxa in Ulixen iecisse dicitur.

Atax Pyrenaeorum circa Narbonam decurrit in Tyrrhenum mare.

Atur Tarbellae, civitatis Aquitaniae, in oceanum fluit.

Almon Romae, ubi mater deum VI Kalendas Apriles lavatur.

Albis Germaniae Suevos a Cheruscis dividit.

Aous Apolloniae in *mare* Ionium decurrens.

Alto Dyrrachiae decurrit in Illyricum.

† Arimaspa gentis Scytharum, unde aurum Scythae legunt.

Aeas † Macedoniae decurrit in Ionium mare.

Achelous ex Pindo monte *per* Perrhebiorum fines in Maliacum mare decurrit, *alius atque ille*, qui Aetoliam ab Acarnania dividit.

Anaurus Thessaliae, ita denominatus, quod ex se neque auram neque nebulam emittat.

---

1. Anien *om. V: add. Preller.* ab An. fi. Ap. *ante* in Tib. flu. *V*, Anione *scripsi* aniene *V* | 5. Armeniam] Arabiam *V (cf. infra s. v. Rhenus); cf. Plin. n. h. VI, 42* | 9. Alyntos *V* | 10. '*Id quod est* Catinae *superesse videtur ex articulo aliquo de* Amenano *fluvio; cf. Ovid. met. XV, 279.*' *Bursian.* | 11. Ancus *V* | 12. appellaturque ano post anopos caenos superior anatos faeos *V.* *κενός et φανός Gronovius* | 14. Alaebyn magarensium *V, cf. Diodor. IV, 78;* reddidit et regionem dilatauit *V* | 15 diuastat *V* | 17. egisse *V* | 18. Atrax *(r erasa)* phytenorum circa bonam *V* |
d
19. Atyr *V*, tarbeclae *V* | 21. sueuos a ceruetiis *V* | 22. Aus *V*, mare *addidi* in meoniam decurrens *V* | 24. Arimaspa *sic V* | 25. Aeras *V (idem est qui* Aous) | 26. Sperchium *dicere voluit et* Peneum? indo *V*, per *om. V* | 27. alius atque ille *om. V* | 28. *cf. Lucan. VI, 369 s.*

Apidanus Thessaliae, in quo Enipeus, Melas, Phoenix miscentur; ipse in Peneon decurrit.

Asopos Thessaliae in Apidanon fluit.

[*Agragas Siciliae, a quo et oppidum dicitur*].

Aniger, qui ex cruore Centaurorum quos Hercules interfecit odore suo advenientes fugat, cum fuerit dulcissimus.

Apud Cicones flumen est, cuius liquor epotus praecordia vertit in silicem et rebus tactis marmora inducit.

Aternus Hadriae decurrens per Marsos, ubi et Ostia civitas.

B. Benacus Galliae, ex quo nascitur Mantuanorum Mincius.

Baetis Hispaniae, unde Baetica.

Bagrada Africae iuxta oppidum Musti, ubi Regulus serpentem longum pedibus centum viginti exercitu adhibito interfecit.

Barbanna Illyrico praemiscetur.

Bactros Scythiae fines Hyrcanos alluit.

† Brictates ex Thymaro monte Arino miscetur.

C. Caystros per Hypaepam decurrit, proximus paludi Asiae.

Camicos Siciliae (ex quo urbs Camicos) dividit Agragantinos.

Cales Moesiae.

Cocytos inferorum, ex quo Styx palus.

Crinisos Siciliae civitatis Entellae.

Calor Beneventi oppido iunctus.

Chrysas Syracusis ex monte Heraeo.

Cydnos per mediam urbem Tarson Ciliciae decurrit.

Cirta Massiliensium secundum Agatham urbem.

Casilinum Campaniae, a quo oppidum.

Crustumium (a quo oppidum) in Hadriaticum mare decurrit.

Cephisos in Lilaea urbe Phocidos descendit et circa Euboeam flectitur.

Cinyps Africae, in quo plurima genera gemmarum inveniuntur et camelis deportantur in oppidum † Thybrestrum.

Crathis confinis Sybari capillos facit aurei coloris.

---

1. Apidamnus *V*, emisacus *V*, *cf. Lucan. VI, 373 s.* | 3. epidamnon *V* | 4. *om. Vω; addidit v cum nota* 'Θ uacat.' gragas *v* | 5. Antiger *V*, *cf. Ovid. met. XV, 281 ss.* | 8. tactis *ci. Hessel ex Ovid. met. XV, 314* raptis *V* | 8. marmoribus *V m. pr.* | 9. ostia uitas *V* (*Ostiam Aterni dicit*) | 14. Babenna *V*, *cf. Liv. XLIV, 31, 3* | 15. *cf. Lucan. III, 267.* | 16. Tymauo monte *cod. Mediolanensis;* Timavo *edd.* | 17. per hiperam *V* | 18. agringentinos *V m. sec.* | 19. calos *V; cf. Ovid. ex Ponto IV 10, 47* | 21. atilae *V* | 22. Sabato iunctus *ci. Bursian.* | 23. Crysas *V*, hereo *V* | 24. tharso *V* | 27. adriaticum *V* | 28. in alinea urbe *V* | 29. Arabiae *V* | 30. *fort.* Theveste? | 31. Crathys *V*.

Clitumnus Vmbriae, ubi Iuppiter eodem nomine est.

D. Danubius, qui et Hister, Germaniae in Pontum decurrit per VII ostia.

Drinus e palude Lychniti, adluens Scodram oppidum Illyricorum.

E. Enipeus e monte Othry Thessaliae.

Euenus, qui et Lycormas, per quem Nessus Centaurus Deianiram Herculis traiecit.

Eufrates Parthiae.

Eridanus Galliae Cisalpinae, qui et Padus, ubi Heliades mutantur in populos.

Eurotas Laconices.

Erasinus *Argo*licae.

Esia Galliae in Sequanam fluit.

F. Faneus, qui et Siris, Metaponti.

Fabaris Sabinorum; is Faber corrupte dicitur.

G. Ganges in Oriente Indiam cingens latissimus, quem Alexander post oceanum navigare timuit, qui solus adversum orientem fluit.

Galaesus Tarentinorum.

Gallus in Phrygia, unde qui bibit insanit more fanatico.

Gela Siciliae, a quo oppidum.

Genusus Dyrrachium ab Apollonia dividit; decurrit ex Epiro.

H. Hebrus Thraciae, proximus oppido Aeno.

Hermus Lydiae; Pactolo confunditur.

Hiberus Hispaniae, a quo Hiberia.

Hydaspes Indiae vel Mediae; defluit Indo ex Caucaso.

Hypanis Scythiae qui, ut ait Gallus 'uno tellures dividit amne duas': Asiam enim ab Europa separat.

Halys *Asiae, quem rex* Lydiae Croesus transiit.

Helorus Syracusarum, a quo civitas.

Himella Sabinorum prope Casperiam urbem.

Hermus Lydiae.

Herbesos, qui et † Endrius, oppido Alorino decurrit per fines Helori.

---

4. lygnisti *V*, alluens *V m. 2* | 5. Enipheus *V* | 6. lycorum esper qua *V* | 12. Erasenus lyciae *V*, *emendavi* | 13. *om. V m. pr.* | 14. et qui siris beneuenti *V* | 16. laetissimus *V* | 19. phrigia *V* | 21. Gelagensus *V*, *cf. Lucan. V, 462 ss.* ab aquilonia *V* | 22. Haebrus *V* | 25. indiae urbis mediae *V*, *cf. Verg. Georg. IV, 210* et Caucaso *V* | 28. chrusos transit *V*, Asiae quem rex *add. Bursian* | 29. Helurus *V* | 30. Himala V | 31. Hernus lysiae *V* | 32. Erinus *sive* Erineus *Bursian cl. Ptol. III 4, 8* alurina *V*.

Himera oppido Thermitanorum dedit nomen Himerae. Hoc flumen in duas partes findi ait Stesichorus, unam in Tyrrhenum mare, aliam in Libycum decurrere.

Hypsa secundum Inycon urbem Sicaniae decurrit gratam Herculi.

Hipparis, quem et Hiccarin vocant, ex quo Camerinis aqua inducta est.

† Haemus Lyciae.

Hapsus Taulantiae, finibus Apolloniae decurrens in sinum Ionium.

I. Indus Indiam definit ab occasu, a quo India dicta; hic *Caucaso* descendentem Hydaspem recipit.

Isara Galliae currit in Rhodanum.

Isamnus Dyrrachi, ab Idano castello dictus.

Ilerda Hispaniae, a quo Ilerda.

Inachus Thessaliae.

K. Kaicus Mysiae.

L. Lyncestius Thraciae, cuius aquam bibentes ebrii fiunt.

Lethe inferorum, quod oblivii sit causa.

Liris non longe a Marsis Vestinisque, cuius in ripa nymphae Maricae Minturnensis templum est.

Lycus Asiae, unde Lycia.

Liger Galliae dividens Aquitanos et Celtas in oceanum Britannicum evolvitur.

Lycastus Cretae, a quo Lycastus civitas.

Lethaeus insulae Cretae, ita dictus quod Harmonia Veneris filia Cadmon oblita dicitur.

M. Mincius Galliae Cisalpinae proximus Mantuanis, agitur ex Benaco.

Maeandros Cariae gentis Asiae; hic tam flexuosus est ut in sese recurrat.

Mosella Belgicae defluit in Rhenum.

Minio Hetruriae a Minione.

Metaurus Vmbriae in sinum Hadriaticum decurrens.

---

3. libicum *V* | 4. irecon urbem hispaniae *V* | 5. hictarin *V* | 7. *cf. p. 148, 31.* | 8. Haesusa unde ac finibus *V*, *em. Burs.* | 9. incham *V m. pr.*, Caucaso *om. Vω* | 13. Ileida *V* | 14. *Errorem Vibii natum esse ex Ovid. met. I, 583 vidit Oberlin.* | 15. Kaicus moesiae *V* | 16. Lycesius *V* | 18. marinae *V* | 20. unde lycis *V* | 21. *om. V m. pr., add. m. rec. saec. XIV quae scr.* occeanum brittannicum | 23. coae *Vω*, Cretae *Gronovius*, lycas *V* | 24. Letheeus *V* | 24. armonia *V*, *m. 2 in marg.* hermionia | 30. *om. V m. pr., addidit m. 2 in margine* — renum *V* | 31. Minion etruriae *V* | 32. adriaticum *V*.

Macra Liguriae secundum Lunam urbem.

Mathis Dyrrachi non longe a Lisso.

Marsyas Frygiae urbis Celaenae.

Melas Thessaliae in Apidanum fluens.

N. Nilus Aegypti ex Aethiopia decurrens.

Nar Sabinorum ex Appennino in Tiberim decurrit; per Narniam fluit.

Numicus in agro Laurenti.

Nifates Armeniae ex monte Nifate.

O. Oaxes Cretae, a quo et civitas Oaxis; Varro hoc docet: 'Geminis capiens tellurem Oaxida palmis.'

Orethus Panhormi Siciliae.

Orontes Syriae ex monte Casio.

P. Padus Galliae Cisalpinae, qui et Eridanus.

Permessos Boeotiae.

Peneus Thessaliae, ubi silvae quas Tempe vocant; hunc Bebryces possederunt.

Phasis in Colchide, qui de monte Amaranto fluit.

Pantagias Siciliae ita dictus, quod sonitus eius decurrentis per totam insulam auditus est usque eo, donec Ceres filiam quaerens conprimeret eum.

Pitonius, qui per medium lacum Fucinum Marsorum ita decurrit, ut aqua eius non misceatur stagno.

Pactolus Lydiae, qui decurrens aurum trahit.

Phacelinus Siciliae iuxta Peloridem, confinis templo Dianae.

Pisaurus, a quo civitas Pisauria, decurrit in Hadriaticum mare.

Phoenix Thessaliae in Apidanum fluit.

Pachynos Siciliae, ubi Sextus Pompeius iuvenis interfectus est.

Q. R. Rhenus Germaniae Belgas a Germanis segregans.

Rubicon Galliae iuxta Ariminum, olim *Galliam* dividens.

Rutuba ex Appennino in Thybrin fluit.

Rhodanus Galliae, Lugdunum et Avenionem decurrens atque Arelaten, mari Tyrrheno miscetur.

---

1. Megera *V* | 3. cellenae *V* | 4. Mecas *V*, epidamnum *V* | 8. nifante *V m. pr.* | 9. oaxia *V* | 10. cupiens *V m. pr.* oaxia *V*. *Varronis Atacini Argonautarum fragm. apud Servium ad Verg. ecl. I, 66* | 15. Bebryces: *cf. Lucan. VI 382* | 17. garamante *V* | 18. Pantagras *V* | 19. comprimeret *V m. 2* | 21. Pitornius *V* | 24. Phaetelinus *V* | 25. adriaticum *V* | 26. Phocias *V*, epidanum *V* | 27. Pachysos *V* | 28. belgas *in ras. V* | 29. olim diuidens *V*, galliam ab italia *add. m. rec. saec. XIV (sed cf. p. 151, 22) et ω* | 30. *cf. Lucan. II, 421 s* | 31 *sq. om. V; habent ω ex parte.*

S. Strymon Thraciae plurimo gelu strictus.

Sequana Galliae Lutetiam Parisiorum circumfluit vel insulam facit.

Sperchios Thessaliae in Maliacum mare decurrens usque ad oram Locridis.

Sybaris Lucaniae.

Selinus † Messaliorum, a quo civitas Selinus dicta, quod apium ibi plurimum nascitur.

Sagaris Phrygiae ad castellum Berecyntium.

Sebethos Neapoli in Campania.

Sarnus Nuceriae, ex Sarone fluvio † Hadriae, per Campaniam decurrens.

Symaethos Siciliae vicinus Palicis.

Siler in Lucania, *vicinus* oppido Alburno.

Sicoris Hispaniae iuxta Ilerdam.

Sason Hadriae.

T. Tigris Parthiae, qui sub terra means Rubro mari miscetur.

Tauromenius inter Syracusas et Messanam, a quo oppidum Tauromenium; quod oppidum 'εὐσεβῶν χώρα' dicitur.

Turia Hispaniae, quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit.

Tanager Lucaniae.

Thybris, idem Tiberis, idem Albula, qui ex radicibus montis Appennini ex Etruria Romam decurrit, quondam Tuscos dividens.

Tanais Scythiae Asiam ab Europa dividit.

Thermodon Colchos et Amazonas dividit.

Thrasymenos Lydiae.

Thapsus Africae iuxta Rusiccade.

Triocala, qui et Isburos, iuxta Albam Imacarensium.

† Thermus Vmbriae.

Taygeta Laconices, ubi filios suos moris habent durare frigore aquae.

---

2. *om. V m. pr. et ω ex parte; add. m. rec. saec. XIV*, luteciam *V. vel i. e. et* | 5. Sirapus *V* | 6. Sicaniorum *Oberlin;* Megarorum *ci. Bursian*, ciuitas selinis *V, recte? (ita etiam cosmogr. Rauen. p. 403, 9 et Guido p. 496, 14 P)* | 7. berecynthium *V* | 10. Hadriae: *puto* Achaiae *vel* Arcadiae, *cf. Seru. ad Verg. Aen. VII, 738* | 11. Symethos *V* | 13. vicinus *addidi* | 14. Sinocoris *V m. pr.* | 15. Saron *V, em. Relandus, e Sil. Ital. VII, 480 male a Vibio intellecto.* | 16. meas *V m. pr. (m in ras.)* | 17. Taurominius *V*, Taurominium *V* | eusebon h cora dicitur *om. V m. pr. add. m. rec. saec. XIV* | 19. *in rasura a m. saec. XIV scriptus est in V* ualenciam *v* | 24. thermodoon *V* | 26. ruggicade *V* | 27. Triopala *V*, assorus *V*, albo magarensium *V*; *cf. Plin. III, 91; Μάκαρα Heraclides de reb. publ. 29* | 28. Tinias *ci. Bursian.*

Titaressos Thessaliae, qui et Orcus, in Peneum decidit nec ei miscetur, sed super eum funditur; quem Stygia palude crescere quidam adfirmant.

V. Vulturnus Campaniae, a quo oppidum iuxta Puteolos Vulturnum.

Virbius † Laconices, ubi Hippolytum Aesculapius arte medicinae reddidit vitae, unde et Virbius dictus.

Vfens Tarracinae proximus.

Varus; hic nunc Galliam ab Italia dividit, ante Rubicon.

Vluleus Dyrrachii, unde aqua his ducta.

X. Xanthus Troiae, Ilio proximus.

Xanthus Lyciae, unde et civitas.

FONTES.

Aganippe Boeotiae.

Acidalia in Orchomeno.

Cliturnnus Mevaniae.

Clanius Acerrae in Campania; qui cum creverit, pestem terrae meditatur.

Castalius Delphis.

Clitor Arcadiae, qui potus vinum in odium adducit.

Camenarum Romae.

Dirceus Boeotiae.

† Essus phodo.

Gargaphie Boeotiae, ubi Actaeon laceratus.

Hippocrene Boeotiae † in Achaia.

Inessa Rhodi, a quo Siciliae civitas Inessa.

Libethris Boeotiae.

Liriope, ubi Narcissus se conspexit.

Menais Leontinorum, per quem timent iurare cives eius loci.

Spandaeus in insula Co Asiae.

Salmacis Cariae, ex quo qui bibit mollescit, id est obscenus fit.

Timavus Aquileiae Galliae.

[† Virvinus Laconices.]

---

1. paeneum *V*|2. et super *V*|6. in agro Ariciae *puto;* lacu Ariciae *Burs.*| medicina *V.* | 10. Vlulens *V* | 13. EXPLICITI AMNES PER LITTERAS IN ORDINEM DIGESTI FELICITER. INCIPIVNT FONTES *V* | 17. acerre *V* | 21. *cf. Ovid. fast. III, 273 ss.* | 23. Rhodo *vulgo* | 24. Garga euboeae *V*, acteon *V* | 25. achaia *edd.* arcadia *V* | 26. inossa *altero loco V* | 27. Libetris *V*|30. coa *V*|34. *Haec ex v. 6 male repetita esse videntur.*

LACVS.

Avernus *Campaniae* immensae altitudinis, cuius ima pars deprehendi non potest.

Acheros, qua ad inferos creditur iri.

Aecicus Apolloniae.

Ampsanctus Lucaniae, cuius halitus volucres necat.

Cyane Syracusis, per quem Anapus transit.

Cocytos inferorum transit per Styga paludem.

Cimini Etruriae.

Feronia Tarracinae.

Fucinus Marsis.

Hammonis Africae, qui ortu solis et occasu incandescit, reliquo tempore gelidus est.

In Athamania lacus luna tenui ligna accendit.

In Aethiopia lacus est, ex quo qui bibit aut in insaniam vertitur aut in soporem.

Larius Galliae Cisalpinae.

Lucrinus Campaniae.

Lemannus Galliae.

Mareotis Aegypti, unde vites Mareoticae.

Triviae lacus Ariciae.

Velinus inter Nar et Aventem.

Venacus Galliae, unde Mincius fluit.

NEMORA.

Angitiae uel Anguitiae † Lucaniae.

Clarium Colophoniae.

Dodona Epiri.

Idalium in insula Cypro.

Molorchos in Nemea, a Molorcho hospite Herculis.

Marica in Campania, ubi Marica nympha sepulta est.

Sila Bruttiorum.

---

2. Campaniae *om.* *V* | 4. acheros *V*, Acheron *edd.* | 4. Ampsancthus *V* | 7. anopes transit per styga paludem *V* | 8. transit per Styga paludem *hic om.* *V* | 9. Cimini, *cf. Verg. Aen. VII, 697* | 14. Inathamana lacus lunae tenuia *V*, adcendit *V m. pr.* | 15. In Aethiopia lacus est *om.* *V*, *cf. Ovid. met XV, 320 s.* | 22. abentem *V* | 23. Uenaeus *V m. pr.* *Benacum dicit* 25. Fucini *Bursian. cf. Verg. Aen. VII, 759* | 39. *'in codd. Rev. Med. et Parisinis deesse dicitur: equidem e V nihil adnotavi.' Bursian.*

Thymbra Frygiae ab herbae nomine, quae latine † cyane dicitur.
Tempe Thessaliae.

PALVDES.

Ambracia † Achaiae.
Asia Asiae, cui Caystros prope est.
Camerina nunc, ante Hyperie dicta, Syracusis.
Lerna Arcadiae, unde hydra centum capitum, quam Hercules occidit.
Maeotis Scythiae.
Pomptinae Tarracinae *a* Foro Appi.
Padusa Galliae *a* Pado dicta.
Styx inferorum a Styge Oceani filia.
Satura inter Antium et Circeos, eadem Stura.
Strymon Thraciae.
Salapina in Hadriatico.
Triton Thraciae, in quo qui se novies merserit in avem convertitur.
Tyraco Syracusis.

MONTES.

Aracynthus in Attica; quidam in Arcadia dicunt.
Arius in insula Chio, unde vinum Ariusium.
Atlas in ultima Africa cingens Mauritaniam.
Ascraeus, unde vicus in Boeotia, unde Hesiodus.
Aventinus Romae, unus ex septem montibus.
Alburnus Lucaniae.
Alpes Galliam Togatam a Comata dividunt.
Aetna Siciliae flammam emittens.
Acragas Siciliae iuxta Gelam.
Athos Thraciae.
Appenninus Italiae usque ad Anconem porrectus.
Albanus in Latio.
Arentinus, in quo civitas Praeneste.
Amanus Cappadociae.

---

1. Tymbra *V*, cunila *Burs. cf. Plin. n. h. XIX, 165.* | 4. Achaiae *v in rasura*, ω. Acharniae *cod. Vlitii* Acarnaniae *Simler* | 5. Asiae 'c. c. pr. est *manu rec. in rasura scripta in V, magno spatio uacante* | 8. Meotis *V* | 9. Pomptinae a *V*, a *deletum V* | 10. Paduae *V* | 12. cerceos *V* | 13. *om. codd. praeter V* | 14. Salpina *V* | 16. Tyraca *V* | 18. Aracinthus *V*, quidam Acarnaniae *de la Cerda ex Plin. IV 6.* | 20. Atias *V* | 21. Ascreus *V* | 25. Aethna, *sed corr., V* | 26. agragas *V* | 31. capadociae *V*.

Aganippe Boeotiae, ante Enippe dictus.
Berecyntus Phrygiae.
Besbius Campaniae *flammae* flumen emittens.
Boreas Dyrrachi.
Cithaeron Thebis.
Cynthus Deli.
Caucasus Indiae, Parthis et Hyrcanis iunctus.
Cytorus in Ponto Paflagoniae buxo potens.
Caelius Romae, unus e septem montibus.
Cybelus Phrygiae.
Clarius Colophoniae, a quo Apollo Clarius.
Cyllenius Arcadiae, unde Mercurius.
Catillus Tiburti.
Coras item Tiburti.
Cunerus Piceno.
Chimaera Lyciae.
Caenys Siciliae freto imminet.
Ciminus Etruriae.
Calpe Hispaniae.
Corycos Ciliciae, ubi optimum crocum nascitur.
Castalia in Delphis.
Dictaeus Cretae.
Dodona Chaoniae Epiri.
Dindyma Phrygiae.
Eryx Siciliae.
Erymanthus Arcadiae.
Esquilinus Romae, unus e septem montibus.
Epidamnus Dyrrachii.
Gargarus in Frygia, Idae montis cacumen.
Gaurus Campaniae.
Helicon Aoniae Boeotiaeve, Musis sacer.
Hyperborei Thraciae ultra plagam aquiloniam.
Haemus Thraciae, *unde* Haemimontus.
Imaus Hiberiae Ponticae.

---

1. *ex Verg. ecl. X, 12! 'fort. leg.* Euippe' *Burs.* | 2. berecynthus *V* | 3. Baebius *V* (*Vesuvium dicit*), flaminae *om. V* | 4. Boras *Liv. XLV, 29* | 12. Mercurius Cyllenius *edd.*, M. *deleri cum V* | 13, 14. *cf. Verg. Aen. VII 672* | 15. Cinyrus *V, cf. Plin. n. h. III. 111* | 16. Chimera *V* | 19. Calpe *V: cf. Plin. n. h. III, 73* | 21. Castaliae *V* | 28. Eridanus *V* | 31. Boeotiaeque *V* 33. unde *addidi.* Haemimedymnus *V.*

Ismarus Thraciae insignis oleo et vino.
Ida in Troade; alius in Creta.
Lycaeus Arcadiae, ubi Pan praecipue colitur.
Maenalus Arcadiae in Tegeaea.
Massicus Campaniae in Falerno.
Marpessos in insula Paro.
Monoecus Liguriae.
† Maxteria iuxta oppidum Auronae Hispaniae.
Maesulus (qui et Vesulus) in Campania.
Nifates Armeniae [in Perside].
Neritos Ithacae, a quo et portus.
Nysa Indiae.
Nemeus Cleonensium.
Olympus Macedoniae altissimus, qui altitudine sua super pluvias et nubes excedit.
Ossa Thessaliae.
Othrys Thessaliae.
Oetaeus Thessaliae, ubi Hercules combustus est.
Oeniphile Dyrrachii.
Parnasos Phocidis duobus verticibus surgens.
Pindus Thessaliae.
Parthenius Arcadiae.
Phanaeus Chii, vino insignis.
Palatinus Romae, unus e septem montibus.
Pelios Thessaliae, in quo Lapithae morati.
Pangaeus Thraciae [in Thessalia].
Pholoe Thraciae, ubi Centauri nati.
Pyrenaeus Galliam ab Hispania dividit.
Pylartes Dyrrachii.
Petrae Dyrrachii, castra Pompei Magni.
Quirinus Romae, unus e septem montibus.
Rhodope Thraciae.
Riphaei Scythiae.

---

4. Tegaea *V* | 5. in salerno *V* | 7. Monoechus *V* illyriae *V* | 9. *Confusa esse nomina* Vesuli Liguriae *et* Vesuui Campaniae *montium intellexit Hessel* | 16. *m. pr. in V in margine addidit*: 'ubi hercules combustus est,' *v 17 in V in margine a m. pr. scriptus*, *sic:* † Othrys. thraciae (thraciae *etiam ω: corr. Hessel*) | 18. ubi Herc. combustus est *hic om. V* | 23. Phaneus *V* | 25. thraciae *V* | 26. Pangeus *V* | 27. *cf. Lucan. III 198* | 33. scythiae *in ras. V*.

Rhamnusium Scodrae.
Saturnius Romae, qui et Capitolinus, idem et Tarpeius.
Soractis Faliscorum.
Sarnus Nuceriae.
Sipylus Lydiae.
Tmarus Molossiae.
Tarpeius Romae, unus e septem montibus.
Taenarus Laconices.
Tmolus Lydiae, vino insignis.
Taburnus Samnitum olivifer.
Taygeta Laconices.
Tetrica Sabinorum.
† Temtrus Macedoniae proximus Apolloniae in conspectu Dyrrachii.
Velinus Romae, unus e septem montibus.
Vesulus Apuliae.

GENTES.

Agathyrsi Scythae partis Europae.
Acarnanii Epirotae Europae.
Apuli Italici *partis Europae.*
A . . . . . . partis Asiae.
Aethiopes Indi Asiae.
Aegyptii partis Asiae.
Barcaei Mauri Libyae.
Chalybes in Ponto *Asiae.*
Cicones Thraciae Europae.
Dryopes Focenses Europae.
Daci Scythae Europae.
Gaetuli Afri Libyae.
Germani Europae.
Getae Thraces Europae.
Geloni Thraciae picti corporis parte.
Garamantes Mauri Libyae.

---

1. Rhamnusium. Scordae *(sic) in rasura V* | 3. Soracte *V m. 2 cf. Verg. Aen. VII. 696* 6. Stesiarus *V* | 8. Tenarus *V* | 13. Tenitrus *edd.* conspectu *V* | 15. Liguriae *ci. Hessel* | 17. Scythiae, *sed corr. m. pr., V* | 19. *sq.* Apuli italici partis asiae *Vω* | 24. Calybes *V*, ponto europae *Vω*: Asiae *Oberlin* | 25. Europae *hic om. Vω* | 27. Dachi *V* | 29. europae *in ras. m. saec. XIV in V* | 30. thraeces, *sed corr., V* | 31. thraeciae, *sed corr., V* | *p.* 158, 1 *et* 2 *in margine inferiore additi m. pr. in V.*

Gangaridae Indiae.
Hispani Europae.
Indi Arabes Asiae.
Ityraei Syri usu sagittae periti.
Kares Asiae.
Lydi partis Asiae [in Aegypto].
Lapithae Thessali Europae.
Lycii Asiae.
Leleges Carii Europae.
Lucani Italici Europae.
Massyli Afri.
Mauri Libyae proximi *oceano*.
Magemburi Libyae.
Marsi Italici Europae.
Maedi Thraciae proximi.
Morini oceano iuncti Europae.
Numidae Mauri Libyae.
Osci Samnites Italici Europae.
Parrhasii Arcades Europae.
Pannonii Illyrici Europae.
† Philyridae Europae in Venetia.
Rutuli, idem Dauni, Italici Europae.
Seres Asiae sub oriente.
Sabaei Arabes.
Sauromatae Europae.
Teutones Galli Europae.
Tusci Italici Europae.
Thraces Thessali Europae.
Thessali Macedones Europae.
Vulsci Italici Europae.

---

6. in Aegypto *del. edd.* | 10. itali *V* | 11. Massylii *V* | 12. oceano *om. Vω* | 15. Medi *V*, *emendavi* | 17. Numidi *V m. pr.*, libiae *V m. pr.* | 20. Pannoni *V* | 21. Philyridae Asiae in Henetis *Oberlin* | 28. 29. *cf. Servius et schol. Bern. ad Verg. Georg. I, 490 ss.; Lucan. X, 449* | 30. europaee *V*. X. Y. Z. FELICITER VIBII SEQVESTRIS DE FLVMINIBVS. FONTIBVS. NEMORIB. LACVBVS. PALVDIBVS. MONTIB. GENTIB. PER LITT. EXPLICTS *V*.

SEPTEM MIRA.

I. Aedis Dianae Epheso, quam constituit Amazon.

II. Mausoleum in Caria altum pedes CLXXX et in circuitu pedum CCCC: ibi est sepulcrum regis lapide lychnite.

III. Colossus Rhodi altus pedes CV.

IIII. Iovis Olympi factus a Phidia ex ebore et auro pedum C.

V. Domus regia in Ecbatanis, quam Memnon aedificavit lapidibus candidis et variis auro vinctis.

VI. Murus Babylonis latere cocto, sulphure et ferro vinctus, latus pedes XXV [XXXII], altus pedes LXXV [L cubitos], in circuitu stadiis DCCC [CCCLXVIII]. Hunc regina Semiramis aedificavit. [Pensiles etiam horti super arcem ipsius urbis aequantes altitudinem muri pro miraculo habentur.]

VII. Pyramides in Aegypto, latae et altae pedes DC.

---

3. Mausolaeum *V* | 3. *sqq.* peđ *ubique V* | 10. *sqq.*: *numeri et verba uncis inclusi m. pr. in margine adscripti in V* | 10. cub̄ *V* latus cubitorum L, altus cub. CC *ex cod. Revii* | 12. orti *V*.

LIBER GENERATIONIS

ab Adam usque ad . . . ordinem quae continentur in huius volumine libri . . . .

Terrae divisio tribus filiis Noe.

Declaratio gentium, quae ex quibus factae sint, et quas singuli terras et civitates sortiti sunt.

Quantae insulae clarae. Qui ex quibus gentibus transmigraverunt.

Quot flumina nominata.

Quot montes nominati . . . .

Divisio terrae tribus filiis Noe.

1 Post diluvium Sem Kam et Iafeth trium fratrum tribus divisae sunt. Et Sem quidem primogenito a Persida et Bactris usque in India longe . . . . usque Rinocoriris est. Kam autem secundo a Rinocoriris usque Gadira. Iafeth autem tertio a Media usque Gadira ad borram.

2 Habet autem Iafeth flumen Tigridem, qui dividit Mediam et Babyloniam . . .; Sem autem Eufratem; et Kam Geon, qui vocatur Nilus.

3 Confusae sunt autem linguae post diluvium. Erant autem quae confusae sunt linguae LXXII, et qui turrem aedificabant erant gentes

---

P = Parisinus 10910 olim suppl. lat. 696 saec. VII—VIII fol. 1r seqq. contulit Max Bonnet. 'Excerpta barbari' olim a Scaligero nunc a Schoenio Eusebii vol. I p. 175 sqq. edita apposui, ubi vel ad Parisini emendationem (in notissimis tamen vocibus omisi) vel ad communis fontis notitiam proficere mihi visa sunt. cf. Muellenhoff weltkarte p. 39 sqq.

1. ad ordinem *P* | 1. contenetur *P* | 3—8: III—VII *numeros addidit p (i. e. manus altera in P)* | 6. insolae clare *P* | 7. quod *P, corr. p* | 8. quod *P, corr. p* | 9. III *add. p* | 9. Deuisio *P folio 3 v* | 10. deuisae *P* | 11. a Persida et Bactrium usque in India longitudo, latitudo autem ab India usque Rinocorurum *Ex (i. e. Excerpta barbari)* | 12. Cham *Ex ubique* 12. secunda *P* | 13. cariraat *P, dein* gadira *P* Garirum *Ex saepius* | 13. ad aquilonem *Ex passim pro* ad borram | 14. diuidet *P Ex* | 14. babylloniam *P* | 15. et Babyloniam in terra Assyriorum *Ex* | 15. Eufraten *Ex*, eufratam *P* | 16. IIII *add. p* | 17. gentes septuaginta *Ex*.

LXXII, quae etiam in linguis super faciem totius terrae divisae sunt . . . . . . Vocabula autem LXXII haec sunt.

Filii Iafeth: Gamer, ex quo Cappadoces; Magog, de quo Celtae *qui* 4
et Galatae; Made, de quo Medi; Iuvan, de quo Graeci *qui* et Iones; Thobel, unde † ettaliensis; Mosoc, unde Illyrici; Tyras, unde [et] Thraces; Cetthin, unde Troiani Frigii et Macedones.

Et filii Gamer: Ascanaz, de quo Sarmatae; Rifan, de quo Sauromatae; Togor*ma*, de quo Armenii.

Et filii Iuvan: Elisan, inde Siculi; Tharsis, ex quo Hiberi, qui et Tyrreni; Cythii, de quo Romani qui et Latini; Dodanim, *ex quo* † priami.

Omnes XV.

De his extiterunt insulae gentium. Sunt autem *et* Cyprii ex Cy- 5
thiensibus ex Iafeth. Siquidem invenimus et eos, qui sunt ad borram ex ipsis, de ea tribu Cythiensium. Sunt autem ex ipsis etiam gentes quae sunt in Hellada, praeter eos qui postmodum advenerunt ibi Saitae, qui habitaverunt . . . . civitatem quae apud Graecos honoratur Athenas, et Thebaeorum; quoniam Sidoniorum sunt hi habitatores, ... et quicumque [sunt] alii similiter post haec apud Helladam transmigraverunt. Cognoscimus autem haec ex lege et prophetis.

Erant ergo de Iafeth ad confusionem turris tribus XV.

Et hae gentes Iafeth a Media usque vesperum oceani diffusae sunt adtendentes usque ad borram: [hii filii Iafeth] Medi, Albani, † Gargani, 6
Arrei, Armenii, Amazones, Choli, Corzeini, † Benaginae, Cappadoces,

1. totus *P*, *om. Ex* | 2. LXXII: filiorum *add. p*, septuaginta *Ex* | 3. geltae et galatae *P*; th *pro* t *bis p* Chaldei et Galates *Ex* | 4. iuan *P*, y· oias *Ex* | 4. greci ethiones *P Ex* | 5. Thettali *Ex*, Italienses *vulgo. Iberos dicit Iosephus ant. I 6, 1* | 5. mosoch *Ex*, moroc *P* | 5. yllirici *P* | 5. Thiras *Ex* traces *P* et *delevi* | 6. trociane *P* | 6. et] ae *P*; *num* ac? | 6. *Tantum* Chattaim a quo Macedoni *Ex* | 7. rufan dae quo *P*, Erisfan a quo Rodii *Ex* | 8. togor *P* Thorgaman *Ex* | 8. armini *P* | 9. Iuuan *P*] filiorum Iafeth *Ex* | 10. tirreni *P*, Tyrannii *Ex* *Τύῤῥιοι Syncellus* | 10. Cythii *P* et ctici *Ex* *Χέθιμος Iosephus* | Romei *Ex* | 10. latini, rodiuiui et priami *P*, Dodanim ex quo Priami *om. Ex* | 10. exteterunt *P*] dispersae sunt *Ex* | 13. et *om. P* | 13. cypri *P* | 13. et Cyprii ex Cit teis ex filiorum Iafeth *Ex* | 14. Invenimus autem *Ex* | 16. in eliada *P* | 16. ibi regis *P*] ibi Essaitei *Ex. scribe* Saitae | 17. habitaverunt circa mare *Ex* | 17. grecos *P* | 18. et Thibas *Ex* thebateorum qñm *P* | 18. hii habitatores *P*] acolae, de Cathmo Aginoru, Chalcedonii autem tyranni peregrini fuerunt *Ex* | 19. sunt *deleo*; *om. Ex* | 20. cognuscemus *P* | 20. Cognoscimus — XV *om. Ex* | 22. heae *P* | 22. usque ad Speriam *Ex* | 23. hii f. Iafeth *delevi*; *om. Ex* | 23. gargani *P Ex*; *lege* Hyrcani | 24. Errei *Ex*; *lege* Arii | 24. armoeni *P* | 24. amaiones *P*, Amazoni *Ex* | 24. Coli Corzini *Ex*; *lege* Chorzeni | 24. Dennagi *Ex*.

Paflagones, Mariandyni, Tibarenses, Chalybes, Mossynoeci, Colchi; Melanchlaeni, Sarmatae, Sauromatae, Meotes, Scythae, Tauri, Thraces, Bastarnae; Illyrii, Macedones, Hellenes Graeci; Ligyes, Histrii, Veneti, Dauni, Iapyges, Calabri, Opici, Latini qui et Romani, Tyrreni; Galli qui et Celtae, Ligystini, Celtiberi, Hiberi, Galli Aquitani; † Illuriani Basanotes Cyritani, Lusitani, Vaccaei, Clunienses; Brittones qui et in insulis habitant.

Qui autem eorum noverunt litteras, hi sunt: Hiberi, Latini qui et 7
vocantur Romani, Hispani, Graeci, Medi, Armenii.

Sunt autem fines eorum a Media ad borram usque Gadira, *latera* 8
autem a † pud fluvio usque Mastusi*am* ad Ilion.

Terrae autem eorum hae sunt: Media, Albania, Amazonia, Arme- 9
nia minor, Armenia maior, Cappadocia, Paflagonia, Galatia, Colchis; Sindice, ... Bosforina, Meotia, Derbis, Sarmatia, Tauriana, Scythia, Basternia; Thracia, Macedonia, Dalmatia, Molossis, Thessalia, Locria, Boeotia, Aetolia, Attica, Achaia, Pellinia quae appellatur Peloponensus, Acarn*an*ia, Epirotia, Illyria Lychnitis; Adriace ex qua pelagus Adriaticum; Gallicia, Lusitania, Italia, Thuscene, Massilia, Celtes, Gallia, Hispanogallia, Iberia, Hispania maior.

---

1. paflagonis *P* | 1. mariandeni *P* | 1. tibarensis *P* | 1. kalibes *P*, Challyri *Ex* 1. mossynoti cholchi melanceni *P*, Colchi Mel. *om. Ex* 2. sarmata *P* saurobace *P*, Saurobati *Ex* | 2. meothes *P*, Meoti *Ex* | 2. scithes *P*; *fort.* Scythes? *cf. c. 6* | 2. taurii traces *P*. Taurinii Thraci Ex | 3. bastarni *P* | 3. illuri medonis *P*, Illyrici Macedoni *Ex* | 3. Hellenes *om. Ex* greci *P* | 3. *Λιβυρνοί Sync.* libies histri *P*, Ligyrii Istrii *Ex*|3. uieni *P*, Hunni *Ex* Veneti *Syncellus*|4. dapues *P*, Iapygii *Ex* | 4. kalabri *P*|4. Romei *Ex*|4. tirrini *P*|5. caltae *P* | 5. libiestini *P*, Ligistini *Ex* | 5. heberi *P* | 5. Illyrici Basantii Cyrtanii *Ex*, *puto* Ilergetes Vascones Cerretani | 6. uoccei cuniensis *P*, Huaccai Cynii *Ex* | 6. brittonis *P*, Brittani *Ex* | 8. hii *P* | 8. heberi *P* | 9. armoem *P* i *add. p* | 10. fines *P* termina *Ex* | 10. a midia *Ex hic*; a meda *P*, *sed demum inter* apud *et* fluuio | 10. ad — Gadira *P*] usque Garirum quod ad aquilonem *Ex* | 10. laterae autem *Ex*, *om. P* | 11. a fluuio et fluuium usque *Ex* apud (*ἀπὸ ποταμοῦ?*) a meda (*v. supra*) fluuio usque *P*. *nomen fluvii Tanais* (*cf. Syncellus p.* 93, 5) *excidit* | 11. mastusi *P*, mastusias *Ex*; *cf. Plin. IV 49, 72 all.*|11. ad ilion *P*: contra solem *Ex*, *videlicet ἥλιον cum Ἰλίῳ confundens!* | 13. Armoaenia *p*, armoaena *P* | 13. armoenia *P* | 13. cappadocea *P* | 13. calatia *P* | 13. collis indice *P* Colchus India Achaia Bosporina Meotia *Ex* Media *P* | 14. deris *P* derris *Ex p* | 14. sarmacia *P* | 14. schitia *P* | 15. bastarnia *Ex* | trachia *P* | 15. mollis *P* Molchia *Ex* | 16. boetia *P*, Byotia *Ex* | 16. betolia *P* | 16. Pellinia q. app. *om. Ex* | 17. Acarnia *Ex*, acarnea *P* | 17. aepirocia *P* | 17. ylliria euchnitis *P*, Illyria lucidissima, *sed item* Illychinitia *Ex*. *lege* Lychnitis *cl. Diodor. XVI, 8* | 17. pilagus *P* | 18. Lysitania Midia *Ex* | 18. thugene *P*, Tuscinia *Ex* | 18. Ce. Gal.] Celtica *Ex* | 19. ispanogalia *P* | 18. uberia *P*, Ibiria *Ex* | 19. Spania magna *Ex* | 19. Provintiae Iafeth quadraginta *add. Ex.*

10 Hucque definit terra Iafeth usque ad Brittanicas insulas omnes ad borram respicientes. Sunt autem his et insulae istae: Brittanicae, Sicilia, Euboea, Rhodos, Chius, Lesbus, Cythera, Zacynthus, Cefalenia, Ithace, Corcyra, et Cyclades insulae, et pars quaedam Asiae, quae appellatur Ionia. Flumen est autem his Tigris, dividens inter Mediam et Babyloniam.

Hi sunt fines Iafeth.

11 Filii autem Cham: Chus, ex quo Aethiopes; Mestraim, ex quo Aegyptii; Fuit, de quo Trogloditae; Chanaan, de quo Afri et Foenices.

Et filii Chus: Sabaa, Evigilat, Sabat, Regma et Sabachata.

Filii autem Regma: Saba et Dedan. Et Chus genuit Nebroth . . .

12 Et Aegyptiorum patriae cum Mestraim patre ipsorum VIII. Dicit enim: et Mestraim genuit Ludiin, unde Lydii; Enemiin, de quo Pamphyli; Labain, de quo Libyes; Neptoin, *de quo Fryges*; et Patrosonim, unde Cretes; Casloin, unde Lycii; unde exierunt Phylistini, et Captoroin, unde Cilices.

Cananeorum sunt patriae cum *Chanaan* patre eorum XII. Dicit enim: et Chanaan genuit Sidona primogenitum, ex quo Sidonii; et Cetheum et Hiebuseum et Amorreum et Gergesseum et Auruchaeum et Aeueum, ex quo Tripolitae; et Araeneum . . . . . ., et Aradium, unde † Arain; et Samarleum, . . .; et Amati, unde Amathus.

Est autem habitatio eorum a Rinochoriris usque Gadirat.

13 Ex his autem nascuntur [reges vel] gentes: Aethiopes, Troglo-

---

2. iste *P* | 2. Brittanice *P*] commune autem *Ex* | 3. euboe: arlodoscius *P* | 3. cetera iacinctus *P* Cythira Zacynthus *Ex* | 4. Thaci *Ex*, iabech *P* | 4. corchira *P* | 4. cyclates *P* | 4. et p. quaed.] parte *Ex* | 4. appellantur *P* | 5. t////igris *P* | 6. babylloniam. hii *P* | 8. quo etpes. metram *P* | 9. fuit *P*, Fud *Ex* | 9. troglodiaeac *P* | 9. canhaan *P* | 9. et funici *Ex* et finices *P* | 10. Sabat et Eugilat et *Ex* | 10. saba · tregma *P* | 10. Sabascatha et Regma et Secathath *Ex* | 11. Sabat et Iudadad *Ex* | 11. geñ *P passim* | 12. cu mestraim patrem *P* | 12. Dicit: *Genesis 10, 13—14* | 13. lidii *P* | 13. Enemigim *Ex* | 13. paphyli *P* | 14. Labiim *Ex* | 14. laboes *P* Libii *Ex* | 14. Nefthabiim ex quo Fygabii (*correxi*), et illus Patrosoniim ex quo Licii, et illus Cathſthoriim, ex quo Cilicii, *de reliquis tacens*, *Ex* | 15. cretis *P* licii *P* | 17. cum Chanahan patre *Ex*, Ch. *om. P* | 17. Dicit: *Genesis 10, 15—18* | 18. canaham *P* | 18. quo sidoni *P*, *om. Ex* | 18. Chetteum *Ex* | 19. et Hiebuseum *om. Ex* | 19. Auruchaeum — Trepolitae *P*] Aeggeum et Aruceum ex quo Tripolitani *Ex ordine quo in Genesi* | 20. trepolitae *P* | 20. et Asethneum ex quo Orthosiasti *Ex* | 21. Aradii *Ex* | 21. Samareum et Ferezeum et Amathium *Ex*, amatus *P* | 22. Garirum aspiciente ad septentrionem longitudo *Ex* | 23. nasantus *P* | 23. reges uel *P*; *om. Ex recte*.

ditae, Aggei, . . . † Isabin, Ichthyofagi, † Bellanii, Aegyptii, Foenices, Libyes, Marmaridae, Carii, Psyllitae, Mysii, Mossynoeci, Friges, Maeones, Bithynii, Nomades, Lycii, Mariandyni, Pamphyli, Mossyni, Pisidini, †Lycalli, Cilices, Maurusii, Cretae, † Magartae, Numidae, † Macrones, Nasamones. Hi possident *ab* Aegypto usque ad oceanum.

14 Sunt autem insulae in his communes haec: Cossura, Lupadusa, Gaulus, Melete, Cercina, Menix . . . Sardinia, Galata, † Corsica, Creta, Gaulus, † Roda, Cythera, Carpathus, Astypalaea, Chius, Lesbus, Tenedus, Imbrus, Thasus . . . Cos, Cnidus, Nisurus, Megiste, Cyprus.

15 Qui autem eorum sunt litterati, hi sunt: Foenices, Aegyptii, Pamphyli, Friges.

16 Sunt autem fines Cham a Rinochoriris, quae dividit Syriam et Aegyptum, usque Garira in longum.

17 Nomina autem gentium haec sunt: Aegyptus, Aethiopia quae tendit adversus Indiam; et altera Aethiopia unde proficiscitur flumen Aethiopum . . .; Erythra, quod est rubrum, adtendens ad orientem; Thebaida: *Libya*, quae extendit usque Cyrenen; Marmaris; Syrtes, habens gentes Nasamonas, Macas, †Tantameos; Libya *alia*, quae *a* Lepti extendit usque minorem Syrtem; Numidia; † Masseria; Mauretania, quae extendit *usque* Herculeas (quod est Heracleoticas) stelas contra Gadiram. Habet autem

---

1. Aggei Gagarini Isabini *Ex* | 1. hictiofagi *P*, Piscescomeduli *Ex*! 1. Ellaini *Ex* | 1. fimces *P*, finici *Ex* | 2. libies marmarede cari *P* 2. Psylliti *Ex* fallitae *P* | 2. misii moyssinnoeti *P* Mososini *Ex* | 2. Friges Magones *P* Fygadii Maconii *Ex. lege* Maeones | 3. bittinii *P* | 3. Nomadii *Ex* | 3. licii mariandeni *P* | 3. mynsudi *ex* mybsudi *P*: Mososini *Ex* | 4. pysidini *P* | 4. Lycalli *P*] Autalei *Ex* (*puto* Lycaonii) | 4. cylices *P* | Macarii Nasamonii *Ex* Mazices *puto* | 5. nasomones *P* | Hii *P* | ab *om. P* Aegyptum *P* usque ad septentrionalem oceanum gentes XXXII *Ex* | 6—9. *cf. c. 18* | 6. communis *P* | 6. corsola *P* Corsula *Ex* | 6. lupadus *P* | 7. Gaula *Ex* gaudius meletae *P* | 7. cercenna menis gardinia *P* | 7. Minna Taurana Sardana *Ex* | 7. corsona (Gorsuna *Ex*) cretae gaulus reda aethera careacus astipalatius *P* Gauloroda Thira Cariatha Astauetera Chius *Ex* | 8. lesbius *P* | 8. temedus, *sed in erasa P*, Teneda Iambra *Ex* ymbrus iassus *P*, Iasa Samus Cous Cnidus *Ex* chobus chinidus *P* | 9. in///gistae *P*] magna *Ex* | 9. ceprus *P* | 9. Simul insulas XXV *add. Ex* | 10. hii *P* | 10. finices *P* | 12. qui extendit a syria et ethiopia *Ex* | 14. provinciarum *Ex* Egyptus cum omnibus qui in circuitu eius sunt *Ex* | 15. ethiopia *P*, profeciscitur *P* Ethioporum Geon qui vocatur Nilus *Ex* | 15. Ery. quod est *om. Ex* erytra *P* 16. Thebaida *Ex*, thebiae *P* 17. libya *om. P*| 17. cyrinem *P*, cyrinen *p* | 17. usque Corcyna. Marmaria et omnia quae in circuitu eius sunt; Syrta *Ex* | 18. Nasamona *Ex*, nasomonas *P* | 18. tantameos *P* | 18. libiae qua lypti *P* Libya alia qui respicit et extendit *Ex* | 19. Massyris *Ex* Massaesylia *puto* | 19. mauritaniam *P* | 19. usque *Ex*, *supra scr. p* | 20. stellas *P*] usque eracleoticum terminum *Ex*.

ad borram maritimam Ciliciam, Pamphyliam, Pisidiam, Mysiam, Lycaoniam, Frigiam, † Kamaliam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Mysiam aliam, Troadem, Aeolidem, Bithyniam veterem, Frigiam altiorem.

Habet etiam insulas has: Sardiniam, Cretam, Cyprum; et flumen 18
Geon qui appellatur Nilus. Dividit autem inter Cham et *inter Iafeth* os vespertini maris.

Haec media Cham generatio.

De Sem autem seniore filio Noe tribus cogniti XXV. Hi ad 19
orientem inhabitaverunt.

Filii Sem: Elam, de quo Elymei; et Assur, de quo Assyrii; et Arfaxat, unde Chaldaei; et Ludiin, unde Lazones; et Aram, unde † Cytes priores: hos excidit Abraham.

Et filii Aram: † Osceun, de quo Lydii; et Gaster, de quo † Gasfini; et Mosoc, unde Mossyni.

Et Arfaxat genuit Salam; Salam genuit Heber, unde Hebraei; et Heber nati sunt duo filii Falec [et Deboc], unde ducitur genus Abraham, [et Tacten] et Iectan. Iectan autem genuit Helmo*dad* de quo Indii, et Salef de quo Bactriani, et Asarmoth de quo Arabes priores, et Cyduran de quo † Kamei, et Derra de quo Mardi, et Ezeh de quo Arriani, et Declam de quo Cydrusi, et Gebal de quo Scythi priores,

---

1. cyliciam pamphiliam pysidiam misiam *P* | Lygdoniam *Ex*, licaconiam *P* | 2. Camiliam *Ex* *Καββαλλίαν Sync.* | 2. misam *P*, Mys. al. *om. Ex* | 3. Eoliam *Ex*, aolidem pitiniam ue///terem *P* | 3. alciorem *P* | 4. Fr. alt.] qui vocatur Frygia. Simul prouintias XIII *Ex p. 164, 6—9 hic add. Ex* | 4. insulas — Cyprum *om. Ex* | sardomam *P* | 5. Nilus qui circuit Egyptum et Ethiopiam *Ex* | 5. *obliqua evanuerunt P* | 6. os *scripsi*] et eos *edd.* ab ore *Ex* usu *P*, q *add p* | 8. De Sem — Abraham: *nonnulla ex his extant apud Eusebium I p. 73 sq. ed. Schoene* | 8. Hii *P* | 10. elimei (h) *P*, *Ἐλυμαῖοι Περσῶν γένος ἀρχαῖον Eusebius* | 10. Asur *Ex*, assir *P* | 10. assirii *P* | 11. caldei *P* | 11. lazonis *P*] *Λυδοί Euseb.* Alazonii *Ex* | 11. et Futh unde Persi *add. Ex* | 11. Aram — Abraham] Aram unde Yantii *Ex* | 12. Cytes priores] *Ἀραμαῖοι οἱ καὶ Σύροι Euseb.* | 13. Osceun *P*] qui et Hul *Ex* | 13. lidii *P* | et Gather *Ex* Gasfinii *Ex* | 14. massini *P* Mossinii *Ex* | 15. A. genuit Cainan unde fiunt qui ab oriente Samaritae. Cainan autem genuit Salathee unde fiunt Salathii. Et Salathee genuit Eber *Ex*, *a Genesi 10, 24 discrepans* | 15. hebrei *P* | 16. falet *P* | 16. et Deboc — Tacten *P*, *a Genesi 10, 25 discrepans*] unde ascendit generatio Abrahae *Ex* | 17. et lectan *P*, et Ectam *Ex* | 17. helmo *P*, ermodad *Ex* | 18. Asarmoth] Aram *Ex* | 18. priores *om. Ex* | 19. Iduram unde et Milii *Ex* *Καμήλιοι Sync.* | 19. et Derra de quo Mardi *om. Ex* | 19. Ezeh *P*] Ethil *Ex* | 20. *lege* Ariani *et* Gedrosii | 20. Cedrysii *Ex* | 20. sciti *P* | 20. prioris *P*, *om. Ex* | *p.* 166, 1. *obliqua evanuerunt in P.*

*et Abimel*ech de quo Hyrcani, et Sabat unde Arabi primi, et Eufer de qu*o* Armenii, et Eovilat unde Gymnosofistae . . . . [omnes Bactriani]

Omnes autem tribus de filiis Sem *filii* Noe sunt † LXXII.

20 Omnium autem filiorum *Sem* habitatio est a Bactris usque *R*inocoriris, quae dividit Syriam et Aegyptum et Rubrum mare ab ora Arsinoes quae est Indiae.

21 Haec sunt autem quae sunt factae ex his gentes: Hebraei qui *et* Iudaei, Persae, Medi, † Paenes, Ariani, Assyrii, . . . Indii, † Magardi, Parthi, † Germani, Elymei, Cossaei, Arabes primi, Gedrosi, Scythae, Arabes ultra, sapientes qui dicuntur Gymnosofistae *id est* nudi sapientes. Habitatio autem eorum usque Rinochorura et Cilicia.

22 Qui autem eorum noverunt litteras, hi sunt: *Hebraei qui et* Iudaei, Persae, Medi, Chaldaei, Indi, Assyrii.

23 Est autem habitatio eorum, id est filiorum Sem, in longum quidem ab India usque Rinochorura, lata autem a Perside et Bactris usque . . . Indiam.

24 Vocabula autem eorum haec sunt: Persis, Bactriana, Hyrcania, Babylonia, † Cordulia, Assyria, Mesopotamia, Arabia vetus, Elymea, India, Arabia Eudaemon, Coelesyria, Commagena, et Foenicia, quae est filiorum Sem.

25 Gentes autem, quae linguas suas habent, haec sunt: Hebraei qui et Iudaei, Assyrii, Chaldaei, Persae, Medi, Arabes, Madiani, Adiabenici,

---

1. Abimeil *Ex* | 1. Sabal unde Adamosynii *Ex* | 1. Huir *Ex* | 2. armoenii *P* | 2. *sic vel* euilat *P*, genusfuit*h*|||*ii P*, et Eugee unde Nudisapientes *Ex* | 2. *Lacunam statuo cl. Gen. 10, 29* | 2. omnes Bactriani *delendum; om. Ex* | 3. Omnes — LXXII *om. Ex* | 3. tribus de *scripsi* de tribu *P* | 3. filii *add. p* | XXV *legendum* 4. Sem *Ex*, *om. P* 4. a bactriona (*i. e.* Bactriane) *Ex* 4. iñocoriris *P* 5. dividit] pertinet usque ad *Ex* | 5. ore *P* 5. et ab orae quae est Arsinoita. India *Ex* | 7. hebrei *P* | 7. et *om. P* | 8. Peoni *Ex* | 8. arriani *P* | 8. assirii *P* | 8. *post* Assyrii: Yrcani *Ex* | 9. parti *P* | 9. *lege* Carmani 9. helimei *P* | 9. cesse *P* Cossei Arabi antiqui *Ex* | 9. cedrosiae *P* | 9. scitae *P*, scithae *p*, *om. Ex* | 10. Arabi primi *Ex* | 10. sapientes — Gymn. *om. Ex* | 10. id est *addidi* | 10. nudi *P*, *sed* medi *p* | 11. rinochorusa *P* | 11. cyl. *ex* cil. *p* | 12. hii *P* H. q. et *om. P* | 13. assirii *P* | 14. habetatio *P* | 15. persidae *P*, Persida *Ex* | 15. usque in inferiore India *Ex* | 15. prouintiarum filiorum Sem *Ex* | 17. persis *P* Persida cum omnibus subiacentibus gentibus *Ex* | 17. bactrianae hyrcaniae babilonia *P* | 18. Cordilia *Ex*; *puto* Gordyena | 18. assiria *P* | 18. Elymea *Ex*: alimadas, *P* | 19. Arabia famosa *Ex*! eudemon *P* | 19. Funice *Ex*, finicia *P* | 20. Sem: Omnes isti ex trium filiorum Noe tribus. LXXII. *add. Ex* | 21. hebrei *P* | 22. assirii *P* | 22. Arabi primi et secundi, Madiani primi et secundi *Ex*, madiam *P*, madiani *p Ex* | 22. adiabeneci *P*.

† Tadenici, † Alamorsyni, Sarraceni, Magi, Caspii, Albani, Indi, Aethiopes, Aegyptii, Libyes, Cetthei, Cananei, Ferezei, Euei, *Amorrei*, Gergessei, Iebusei, Idumei, Samaritae, Foenices, Syri, Cilices, Tarsenses, Cappadoces, Armenii, Hiberii, † Librani, Scythae, Colchi, Sanni, Bosforani, Asiani, Isaurienses, Lycaones, Pisidae, Galatae, Paflagones, Friges, Achaei, Thessali, Macedones, Thraces, Mysi, Bessi, Dardani, Sarmatae, Germani, Pannonii, Paeones, Norici, Dalmatae, Romani qui et Latini, Ligures, Galli qui et Celtae, Aquitani, Brittanni, Hispani qui et Tyrreni, Mauri Baccuates et † Massennas, Gaetuli, Afri qui et Barbares, Mazices, Garamantes qui et Marmaridae, qui usque Aethiopiam extendun*tur*.

Necessarium autem putavi, ut inhabitationes gentium et cognomi- 26
nationes declararem.

Incipiam autem ab oriente. Persarum et Medorum inhabitatores Parthi et vicinae gentes Parthis usque Syriam Coelen. Arabum inhabitatores Arabes Eudaemones: hoc enim nomine appellantur † Arabia Eudaemones. Chaldaeorum inhabitatores Mesopotamini. Madianensium inhabitatores Cinaedocolpitae et Trogloditae et Ichthyofagi.

Graecorum autem gentes vocabula quinque: Iones, Arcades, Boeoti, 27
Aeoli, Lacones. Horum inhabitatores fuerunt Pontici, Bithyni, Troes,

---

1. Taiani Salamossini *Ex*, *puto* Mossyni | 1. sarracleni *P* | 1. Indi p r i m i e t s e c u n d i, Ethiopi p r i m i e t s e c u n d i *Ex* | 1. etiophis *P* | 2. Egypti e t T h i b e i Libyi Chotthei *Ex*, 2. labies *P* | Eugei *Ex* | 2. amorrei *Ex*, *p*; *om. P* | 3. Iebusei *Ex*, gebrei *P* | 3. idomei *P Ex* | 3. foemces *P* | 3. caelices tarsensis *P* | 3. Cilicii q u i e t Tharsi *Ex* | 4. armoenii hibeni *P* | 4. libram *P*, Bibrani *Ex cf. 170, 2* | 4. scitae solchi *P* | 4. Bosporani *Ex* | 5. hisauriensis *P*, Issaurii *Ex* | 5. lycaonis pysidae *P* | 5. paflagonis frigis *P* | 6. G r e c i q u i e t Achei *Ex*, achaia *P* | 6. macedonis traces misi *P* | 7. Peones *P*, *om. Ex* | 7. Delmatii *Ex* | 7. Romei qui et Cit tei *Ex* | 8. lygires *P*, Lygurii *Ex* | 8. bruttanni *P*, brytt. *p*, Brittani *Ex* | 8. Spani, qui et Tyranni *Ex* et terreni *P* 9. et Massennas *om. Ex* | 9. getuli *P* | 9. qui et Barb. *om. Ex*, barbaris machizei caramantes *P* | 10. marmaredae *P* | 10. Mazici T a r a n t i i e x t e r i o r e s B o r a d i i C e l t i o n i i Taramantii e x t e r i o r e s qui usque in Ethiopia extendunt. F i u n t s i m u l t r i b u s LXXII *Ex* | 11. tur *add. p in rasura* | 12. inh.] acolae *Ex passim.* | 13. declarari *P* | 13. tibi *add. Ex* | 15. parti *P* | 15. pacis *P Ex*, Parthis *edd.* | 15. media Syria *Ex*, siriam coele *P* | 15. inhabitatorum *P* | 16 *et* 17. eudemones *P* | 16. nominatur Arabia a b o m n i b u s famosa *Ex* A. E.] ab Arabia Eudaemone *puto* | 17. chaldeorum *P* | 18. cynedo colpitae *P* Cinedocolpitas *Ex* | 18. trocoditae *P* Troglodytas *Ex* | 18. ictiofagi *P* piscescomeduli *Ex* | 19. Grecorum *P* | 19. gentes et nomina *Ex* | 19. ionas *P* | 19. beoti *P* | 20. bitini *P*.

Asiani, Carii, Lycii, Pamphyli, Cyrenei, et insulae plures, id est Cyclades quidem XI, quae Myrtoum pelagum continent; haec sunt autem nomina earum: Andrus, Tenus, † Theo, Naxus, Ceos, Gyarus, *Delus*, Syfnus, Renea, Cythnos, Marathon.

28 Sunt autem et aliae insulae maiores XII, quae etiam civitates habent plurimas, quae dicuntur Sporades, in quibus habitaverunt Graeci. Haec sunt autem nomina earum: Euboea, Creta, Sicilia. Cyprus, Cos, Samus, Rhodus, Chius, Thasus, Lemnus, Lesbus, Samothrace. Est autem a Boeotia Euboea, sicuti ab Ione Ionides civitates XVI hae: Cladiomena, Mitylene, Focaea, Priene, Ery*thrae*, Samus, Teos, Colofon, Chius, Efesus, Zmyrna, Perinthus, Byzantium, Chalcedon, Pontus, et Amisos liber*a*.

29 Romanorum qui et Cithiensium gentes et inhabitationes haec sunt: Tusci, Aemilienses, Picentes, Campani, Apulienses . . . Lucani.

30 Af*r*orum gentes et inhabitatores haec sunt: Leptini, † Cyti, Numidae, Nasamones, † Sci. Insulae autem haec sunt, quae habent civitates: Sardinia, Corsica, Girba quae et † Benigga, Cercina, Galata. Maurorum autem gentes *et* inhabitationes haec sunt: Musulani, Tingitani, Caesarienses.

31 Hispanorum autem gentes et inhabitationes haec sunt: † Tyranni

---

1. asyani carilegii *P* | 1. pamphili *P*, *em. p* | 2. Myrtium *Ex*, mirti *P*, myrti *p*. | 2. pelagum *P Ex* | 3. eorum *P* | 3. andrum tenuem theo naxus geos *P*, Andrus Tinus Tio Naxus Ceus *Ex* | 3. Dilus *Ex*, *om. P* | 4. ranea *P*] Nirea *Ex* | 4. cyrnos maraton *P*, Cyrnus Marathrum *Ex* | 5. insules *P* | 5. magnas *Ex* | 5. ciuitatis *P* | 6. Esporadas *Ex*, hispotes *P* | 7. greci *P* | 7. eorum *P* | 7. cretae sicylia *P* | 8. Cous *Ex*, cons *P* Tamus *Ex* | 8. chodus *P* | 8. Chius Thassus *Ex*, cyus tapsus *P* | 8. -traces *P*, -thraci *Ex* | 9. a bo a boetia, eoboea *P* | 10. cladiomena *P*, Clazomena *Ex* | 10. mitilenae focea prieni *P* | 10. erit *P*, Erythra *Ex* | 11. theos *P* | 11. Chius *Ex*] tius *P* | 11. efisus *P* | 11. zamirna *P*, Smyrna *Ex* | 11. perintus *P* | 11. byzancium *P* | 11. colcedon *P*, Chalcedona *Ex* | 12. liber *P*. Amissus eleuthera *Ex* | 13. Cittei *Ex*, cithiensium *P* | 13. sunt septem *Ex* | 14. Emillisui *et infra* Apulisii *Ex* (*i. e. terminatio* - *ήσιοι*) tuschi emeliensis *P* | 14. picens *P*] Sicinii *Ex* | 14. apoliensis *P*, *dein* Calabrii *Ex* | 15. Aforum *P* | 15. sunt V *Ex* | 15. lepdini *P*, nasomon. hes. sei *P*, hessci (hersci?) *supra scr. p.* Nebdini Cnithi Numidii Sii Nassamonii *Ex* | 16. insulas V *Ex* | 16. quae habentes *P* | 17. girda *P* | 17. quae et Ben. *om. Ex*; *lege* quae et Meninga *vel* Meninx | 18. et *add. Ex* | 18. acolae sunt tres *Ex* | 18. Mosulami *Ex* | 19. caesariensis *P*] et Sarinei (*i. e. και — σαρινοί*) *Ex*! | 20. Spanorum *Ex*, hispaniorum *P* qui et Turrenorum (*Τυρίων*) *post* autem *insero* | inhabitationis *P*, haec] quinque *Ex*.

et Turrenorum qui et Tarraconenses, Lysitani, Baetici, Autricones, Vascones, Gallicii qui et Astures. Insulae autem, quae pertinent ad Spaniam Tarraconensem, tres sunt, quae et appellantur Balearicae. Habent autem civitates quinque has: Eboso, Palmae, Pollentia, quae dicitur Maiorica; † Thomenae, Magonae, quae appellatur Minorica. Earum inhabitatores fuerunt Canaanaei fugientes a facie Hiesu fili Nave. Nam et a Sidona qui condiderunt et ipsi Canaanaei Sidonii, et qui † Pannia condiderunt, et ipsi Canaanaei. Gadis autem Iebussaei condiderunt, et ipsi similiter profugi.

Gallorum autem Narbonensium gentes et *accolae sunt quattuor*: 32
Lugdunii, Belgae, Sequani, Aedui.

Germanorum autem gentes et accolae sunt quinque: Marcomanni 33
Vanduli Quadi Heruli Hermunduri.

Sarmatarum autem gentes et inhabitationes: Amaxobii, Graeco- 34
sarmatae.

Et hos autem necessarium fuit declarare tibi, ne ignotarum gentium 35
vocabula et gentes . . . et manifesta flumina ignorares.

*I*ncipiam ergo dicere de gentibus ab oriente. Adiabenici et Tadeni contra Arabiam, † Saraceni, Saraceni alii [Etadenus contra Arabiam], Albani contra pylas Caspias, Madianitae maiores, quos expugnavit Moyses, inter Mesopotamiam et mare Rubrum. Minor autem Madiam est contra mare Rubrum iuxta Aegyptum, ubi regnavit Ragohel socer Moysi,

---

1. terraconensis *P* | 1. Tyr. — Terrac.] qui et Tyrinniorum uocantur autem Paraconnisii *Ex* (*post* Sp. autem) | 1. Lysitanii *etiam Ex* | 1. betici autriconi *P* | 2. gallici *P*, Callaici *Ex* | 2. Insulae — 9. profugi *om. Ex* | 3. terrac. *P* | 3. qui et *P* | 3. ualliriacae *B* | 5. dicetur *P* | 5. Iamnae, Magone *puto* | 6 cananei *P* | 6. faci *P* e *add. p* | 7. condederunt *P* | 7. et ipse kananei *P* | 8. Spaniam *puto* | 8. kananei *P* | 9. ipse *P*, *corr. p* | 10. Tallorum autem qui et Narbudisii vocantur, gentes et *Ex* | 10. acolae — 14. gentes et *om. P*, *addidi ex Ex* | 11. bilici sicanii ednii *Ex*, *correxi* | 12. acolae *Ex* | 12. marcomallii bardunii cuadrii berdilii ermunduli. Sarmatorum *Ex*, *correxi* | 14. acolae sunt. II: Amaxobii et Grecosarmates *Ex* amaxobi grec. *P* | 16. et gentes *P*] et oppidos eorum et nominatos montes *Ex* | 18. adiabenichi *P* | 18. Illi Adiabinii habitant ultra Arabia interiore. Taina ii autem ultra illos. Alamosyni autem ultra Arabes in inferiore Arabia. Saccini autem ultra Taones. Albani *sqq. Ex et fere Graeci* | 19. contra] ultra *Ex ubique* | 19. *uncis inclusa per dittographiam puto orta* | 20. pylas] figias *P* (frig. *p*) portas *Ex* | 20. Madinii fortiores *Ex* | 20. quod *P* | 21. inter — Rubrum] in rubro maris *Ex* | 21. minor *P*] modica *Ex* | 22. iuxta Aegyptum *om. Ex*.

qui et Getthor. Contra Cappadoces a parte dextera Armeni, Hiberi, †Birranae, . . . Scythae, Colchi, Bosforani, Sanni qui appellantur Sannices usque Pontum extendentes, ubi est accessus Absarus et Sebastopolis et Hyssulimen (quod est portus) et Phasis flumen. Usque Trapezonto X extenduntur haec gentes . . . . .

36 Montes autem sunt nominati XII: Caucasus, Taurus, Athlans, Parnasus, Cythaeron, Helicon, Parthenius, Nysa, † Lucapantus, Penthus, Olympus, Libanus.

37 Flumina autem sunt magna et nominata XLI: Indos qui et Fison, Nilus qui et Geon, Tigris, Eufrates, Iordanis, Cefisos, Tanais, †Menorrius . . . . . , Borysthenes, Alfeus, Tauros, Eurotas, Meander, Hermus, Axius, Pyramus, † Baius, Ebrus, Sangarius, Achelous, Penius, Euenus, Sperchius, Cayster, Simois, Scamander, Strymon, Parthenius, Ister Illyrius qui et Danubius, Rhenus, Rhodanus, Baetis, Eridanus, † Themher qui nunc dicitur Tiberis.

38 Filiorum igitur Noe trium tripertitum saeculum divisorum. Et quidem Sem primogenitus accepit orientem, Cham autem mediterraneam, Iafeth occidentem. Et ostensis gentibus quae de quo creatae sunt, necessario decurrimus ad annos . . . . .

---

2. et Birri et Birrani *Ex* (Librani 167, 4) | 2. in leua autem Scythi *Ex* scitae *P* | 2. bosporani *Ex* | 2. sani *P*, Sanni *Ex* | 2. Sanniggii *Ex* | 3. est congregatio Apsari *Ex* | 3. sebastobolis *P* | 4. ysillime *P*, *correxi*, Causolimin *Ex* | 4. quod est portus *om. Ex* | 4. pasius *P*, Fasis *Ex* | X *om. Ex* | 5. gentes; in leua autem parte Nauthi et Labooti (*cf. Syncellus ad p.* 167, 10) *Ex. Omisit ignotarum Europae Africaeque gentium declarationes* | 6. nomenati *P* | 6. XII in terra excepto illum dō spiratum montem Sina, sic: Libanus in Syria inter Biblo et Biryto, Caucasus in Scythia, Taurus in Cilicia et Cappadocia, Aulas (*lege* Athlas) in Libya, Parnasus in Focida, Citherus in Byotia, Elicus in Teumiso, Parthenius in Eubya (*Θράκῃ Graeci*), Nysseus in Arabia, Lycabantus in Italia et Gallia, Pinnius in Chio (*Λυκαβηττὸς ἐν Χίῳ, Πίννιον i. e. Appenninus ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Graeci recte*) qui et Mimas, Olympius autem in Macedonia *Ex* | 7. cytiron *P* nisa *P* | 9. Flumena *P* nomenata *P* quadraginta. Indus *Ex*, ydos *P* | 9. fison *P Ex* | 10. zeon *P*, geon *Ex* | 10. tanaer *P* | 10. Men.] Isminius *Ex*; *in quo* Erymanthus Alyus Assopus Thermodus Erasimus Rius *sequuntur*, *deinde* Borysthenus. — borustenes alfius *P* | 11. corota *P* | 11. Hermus *om. Ex* | 12. piramus *P* | Baius *P*, *Βοῖος Graeci*, Orentus Danubius *Ex* | Ebrus *Ex*, ebron *P* | acelbus paenitus *P* Pinnius *Ex* | 13. sperchiuus *P* | 13. gaister *P* | 13. strifon *P*] Styramus *Ex* | 13. parthineus *P* | 14. Ill. qui et Dan. *om. Ex* illurius quae et *P* | 14. chrodanus bistis heridanus *P* | 14. Rinus Betus Rodanus Eridanus Beus *Ex* 15. hember *P*; Thymbris *puto*, Thubiris qui nunc vocatur Thubiris *Ex* | 16. Filiorum *rell. om. Ex* | 17. accipit *P* | 17. kam *P*.

EX CHRONOGRAPHO ANNI P. CHR. 354 excerptum.

In hoc libro sunt congregationes temporum vel annorum a con- 1
stitutione mundi usque in hodiernum diem.

Divisiones terrae tribus filiis Noe post diluvium. Manifestaciones 2
gentium, que gentes ex quibus nate sunt. Et quas singuli eorum provincias et civitates hereditaverunt. Quot insule manifeste. Qui ex quibus gentibus advene facti sunt. Quot flumina opinata. Quot montes nominati . . . .

Divisio terre tribus filiis Noe.

Post diluvium trium fratrum in tribus partibus divisa est terra. 3
Sem vero prioris filii portio est a Persida et ab austro usque in India et Rinocorura longitudo et habet fluvium Eufraten.

Nomina filiorum Sem primogeniti Noe. Tribus XXV. 4

Hi habitaverunt contra orientem. Filii autem Sem: Helam, ex quo Helanite. Asyr ex quo Asyrii. Arfaxat ex quo Chaldei. Luth ex quo Lazici. Haram ex quo I t u r e i. Zebul ex quo Lidii. Gathera ex quo Gasfeni. Arfaxat ex quo Sala. Sala ex quo Heber. Heber ex quo Falecg et Iectan. Iectan genuit Helmodat. Helmodat ex quo Indii. Sala ex quo Betrii. Aram ex quo Arabes. Hiduram ex quo Gamer. Oderba ex quo Mardii. Lezel ex quo Partii. Dehe-

---

Edidit Th. Mommsen (abhandlungen der saechs. gesellschaft d. wiss. II p. 590 sqq. et iterum p. 637 sqq.) e codice Vindobonensi 3416 (fol. 55) saec. XV ex. quem iterum contulit H. Sedlmayer.

Ab emendando prorsus abstinui; cf. Genesis I 10 et Liber Generationis.— 6. nominata *ci. Mommsen* | 9. *cf. Liber Generat. 1—2* | c. 4. *emendetur ex Lib. Gen. 19; latioribus litteris impressa ibi desunt* | 12. XXX *Mommsen p. 638, sed* XXV *idem recte p. 591 ut et Lib. Gen. 19.*

lam ex quo Zedirusii. Asal ex quo Hiscite. Asal autem genuit Melchi. Melchi genuit duos filios id est Melchi et Melchisedech. Abimelech ex quo Hircani. Sabebi ex quo Arabes. Mainsuir ex quo Amenii. Evilat ex quo Gymnosophiste. Ziezi ex quo Vulgares.

5 Nomina provinciarum eorum sunt hec.

Egiptus. Ethiopia que respicit Indiam. Et alia Ethiopia, unde prodit fluvius. Rubrus, qui respicit contra orientem. Thebaidis. Libia que extenditur usque ad Cyrinem quae est Penthapolis. Marmarices. Syrthes. Nascimenia. Tautamei. Libya. Lecti magna quae extenditur usque ad Syrtia minus. Nomidia. Masyris. Hiscitipolim quae est in terra Salem. Chanaan in regione Sichem iuxta civitatem Salem, ubi regnavit Melchisedech sacerdos altissimi. Et Mauritanea que extenditur usque ad Herculis statuam.

6 Aham vero secundus filius Noe a Rinorocura usque ad Cades que est ab austro. et habet fluvium Geon, qui vocatur Nylus.

---

c. 5. *ex Lib. Gen. 17 emendetur; pertinet autem ad partes Cham* | 13. regnauuit *cod.* | *c.* 6. *cf. Lib. Gen. 1—2.*

EXORDIVM.

. . . . Filii Noe: Sem, Cham, Iafeth. 1

Filii Sem: Elam, unde Elamitae. Assur, unde Assyrii. Arfaxat, 2
unde Aradii. Lud, unde Lydii. Aram, unde Syrii. Aramaei
autem Syriace dicuntur filii Aram. Gentes barbarorum Usceul,
Gater, Mosoc, quae sunt sub Persas.

Nationes Sem: Arfaxat genuit Sala. Sala autem genuit Eber, 3
unde Hebraei. Filii autem Eber Falec et Iectam. Iecta autem genuit
Ielmoda et Saleph et Asarmoth et Iarac et Odorra et Eziel et Decla
et Abimelech et Sabe et Tufir et Evila et Iobab. Hi omnes filii
Iectam. Et facta est inhabitatio eorum a Masse usque 4
dum veniatur in Sefara montem orientis. Hi filii Sem in
tribus suas secundum linguas suas in regiones suas et nationes suas.

Filii Cham: Chus, unde Aethiopes. Mestre, unde Aegyptii. 5
Futfut, una Aethiops gens. Canaan, Cananei. Filii autem Chus:
Saba, unde Sabadii. Ab ista terra regina venit audire
sapientiam Salomonis; Evigilat, gens Evilea [nationes Cham];
Sabatha, et Regma, Sebecatha. Filii autem Regma Saba et Iudadam.
Chus autem genuit Nebroth (hic coepit esse gigans super terram, venator ante dominum. Et factum est initium regni eius Babylon, Oreg et Calcadar et Iachar et Calanna [et] in terra Sennar, ubi statuit Na-

---

1. *Quae hic ex 'Exordio', opusculo chronologico cum Eusebii chronicis vinculo quodam coniuncto, excerpsi, ea ex Eusebii a Schoenio editi vol. I app. p. 47 sumpsi* | 2. *cf. Liber Generationis 19.* — ethmade *F (Freherianus nunc Leidensis Scaligeri codex 14 saec. IX in.), cuius vitia plurima non corrigo. cf. Genesis c. 10 et Liber Generationis. Latioribus litteris distincta in libro Gener. desunt* | 6—12. *cf. Lib. Gen. 19.* | 9. abimelelech *F* | 9. sab& tufir *F* | 13. *sqq. cf. Lib. Gen. 11.* | 14. una *F*] unde *Scal.* | 16. nationes Cham *deleri* | 18. Hic — suam *om. Lib. Gen.* | 19. ininitium *F* | 20. et *om. Scal.*

buchodonosor statuam suam). Et Mestrem genuit Ludin et Enimbiin et Labiin et Neptalin et Patrionoin et Caslonoim, unde egressus est [inde] Filistin et Tathoroin. Canaan autem genuit Sidona primogenitum et Chetmeum et Eveum et Arucheum et Assemeum et Aradium et Samareum et Matthi. Hi sunt filii Cham in tribus suas secundum linguam suam in terris suis et gentibus eorum.

6 Filii Iafeth: Gamer et Mogog et Made et Iosam et E l i s a et Tobel et Moso et Chiras. Filii Gamer: Ascanaci g e n t e s G o t i c a e [nationes Iafeth], Erifat et Togarma. Et filii Asson Elisa et Tarsis et Citii et Rodii. Ex his dispersae sunt insulae gentium in terra eorum, unusquisque secundum linguam suam in tribus suas et in gentibus suis.

. . . .

2. labii *F* | 2. patrosoniim *Scal.* | 3. inde *del. Scal.* | 4. Chettaeum *Scal.* | 5. Amathi *Scal.* | 7. *cf. Lib. Gen. 4–5* | 8. gameras canaei *F* | 9. nationes Iafeth *delevi* | 9. clisa *F* | 10 dispersi *F*.

17

INDEX.

Altenburgi
Typis Piererianis.